

Relatio utre-
latio est con-
septa relatio
cōsequitur o-
perationem.

11.
2. fūd. ex natu-
rarelationis.

Opponitur
quorūdam af-
sertum, Pater-
nitatem, v. c. &
Filiationē esse
īplam originē,
& fundari in
actu intelligē-
di.

12.
Confutatur.
In illo actu ni-
hil indicatur,
vt Filius sit a
Patre.

Responsio.

1. refutatio.
Fundamentū
vnius relatiō
est in altero re-
lato.

Exemplum.

Solutio refu-
tationis.

Refellitur. 1.

Secundō.

Prioritas rati-
onis non suf-
ficat ad proces-
sionem realē,
vt patet in at-
tributis.

generatio sit propriè operatio, eaq; vi-
talis, necesse est fecernamus illam ratio-
ne formali à relatione; quia relatio vt
relatio, non est operatio, sed operationē
consequitur, vt Paternitas generationē.

Deindē ab ipsa natura relationis pro-
ferimus argumentum evidens; nam hi
qui originem à relatione non distinguūt,
absurdissimē aiunt relationem diuinam
non fundari in origine, cum ipsa sit ori-
go, sed fundari aiunt in essentia diuina,
verbi gratia, Paternitas, & Filiatio fun-
datur in actu intelligendi, vt isti opinan-
tur.

Sed contra hoc arguitur, nam in eo
fundamentō nihil indicatur vt Filius sit
à Patre, nam & in Patre, & in Filio est
fundamētum idem, scilicet essentia, siue
actus intelligendi; & vtraquē relatio mo-
do eodem sumitur à fundamento; nihil
ergo ubi indicatur vt Filius sit à Patre,
quod tamē est fide catholica attestandū.

Respondent actum intelligēdi prout in
Patre præintelligitur, esse fundamentū
Filiationis, ita vt idcirco Filius sit à Pa-
tre. Sed in hoc responso duo videntur
corrigenda esse, primum quod fundamē-
tum vnius relati sit in altero relato: sicut
enim Petrus nō potest esse similis prop-
ter alborem adhærentem Paulo, ita neq;
relatio diuina Filiationis fundatur in a-
ctu intelligēdi Paterno, siue in Patre præ-
intellecto, vt illi aiunt; sed necesse est fū-
detur relatio Filij in ijs, quæ sunt in Fi-
lio. Et centē fabulam narrant; si fundamē-
tum Filiationis in Patre collocant.

Quod si dicant Filiationem fundari in
ipso actu intelligendi existente in Filio,
sed posterius cognito; quia prius intelli-
gitur in Patre, quàm in Filio. Hoc ipsum
querimus, quare prius intelligatur in Pa-
tre quàm in Filio? nisi quia Pater gene-
rat; & ita generatio est fundamentū pa-
ternitatis, ab eaque distincta. Præterea
hoc duntaxat, quod prius intelligatur
actus intelligēdi in Patre, quàm in Filio,
nō indicat Filium esse à Patre; nam illa
prioritas rationis potest accidere absq;
reali processione, vt in attributis prior
est ordine rationis intellectus, quàm vo-
luntas; ergo ad hoc vt intelligamus Fi-
lium esse à Patre, necesse est cogitare
originem vt operationem veram & rea-
lem; nam ea quæ operationē aliqua pro-
cedunt, ab alijs sunt: & in ijs est prius &
posterius saltem ordine rationis.

A Illud est secundum in ista responsione
quod explodi oporteat, quod videntur
innuere (etsi id minimē velint) proces-
sionem Filij non esse realem, quod est
Sabellianū; probatur consequentia, nam
relatio à fundamento oritur, non reali
processione, sed solo modo intelligen-
di; igitur si Filius eo tantum modo est à
Patre, quia Filiatio fundatur in actu in-
telligendi præexistente in Patre; sicut Fi-
liatio à fundamento oritur sola cogita-
tione, non reali ortu; ita etiam dicit quis
Filiū Dei à Patre sola cogitatione ori-
ri, quod est Sabellianum; aut profectō
aliquid aliud necessariō est cogitandū,
quo verē dicamus Filium esse à Patre,
scilicet per verā & realem generationē.

B Perspicuum adhuc habemus argumē-
tum ad comprobendam nostram sentē-
tiam; nam ex dictis liquet generationem
diuinam, & paternitatem distingui suis
definitionibus: generationem enim de-
finimus per potētiam, & terminum for-
malem, vt cæteras operationes; pater-
nitatem verō non sic, sed per suum cor-
relatiuum definimus. Et confirmatur,
quoniam relatum vt relatum non est ad
aliud, vt lib. 3. docebimus; genitum verō
vt genitum ab alio est ex propria defini-
tione; ergo non eadem est ratio formalis
geniti, & relati.

C Denique arguimus ex proprio modo
intelligendi, quoniam hæc nomina pa-
ternitas, & generatio nō sunt synonyma,
quod licet aduertere cuilibet rationis
compoti; non enim idem animo conci-
pimus, dum audimus Patrem, & dum au-
dimus generantem; aliās significatio no-
minū mutata est in rebus diuinis, & coi-
uit duplex significatio nominum in vnā.
Quod si omonima sunt & significationis
diuersæ, diuersæ etiam sunt nominū no-
tiones cōceptæ, quod est evidentissimū.
Adhuc probatur idem, quoniā contra-
dicentes in terminis synonymis nō pos-
sūt esse veræ; impossibile enim est, quod
Tullius loquatur, & Cicero nō loquatur;
sed generatio diuina est opus naturæ, vt
ait S. Ioannes Damasc. paternitas verō
non est opus naturæ; ergo generatio, &
paternitas synonyma non sunt, sed ra-
tionibus formalibus distincta.

D Claudimus quæstionem validissimo
argumento quo commonstrauimus lib.
1. attributa esse distincta rationibus for-
malibus; Paternitas enim creata, & in-
creata

13.
2. refutatio.
Relatio à fon-
damento ori-
tur non reali
processione,
sed solo modo
intelligendi.

14.
3. fund. ex di-
stinctione de-
finitionum.

Confirm.

15.
4. fund. ex pro-
prio modo in-
telligēdi, quia
Paternitas, &
generatio nō
sunt synoni-
ma.

Confirm.

S. Damasc.
Generatio est
opus naturæ;
Paternitas nō
est.

16.
5. fundam. ex
lib. 1. cap. 29.
p. 2. n. 1 & cap.
31. p. 1. n. 10.

creata conueniunt in vno cōceptu analogo, aliàs nulla disputatio nobis esset certa de diuina Paternitate. Item generatio creata, & increata conueniunt in vno conceptu analogo ob eandem rationem: igitur sicut Paternitas, & generatio creata distinguuntur rationibus formalibus, ita Paternitas & generatio increata. Sed respondebunt non valere argumentum à commutata proportione; esset enim consequens vt sicut generatio, & Paternitas creata distinguuntur re ipsa ex natura rei, distinguerentur eodem modo Paternitas, & generatio increata, quod est falsum. Facimus igitur argumentum magis perspicuum ab vnitae conceptus in hunc modum; accipiendo conceptum communem Paternitatis in quo Paternitas increata, & creata conueniunt, qui conceptus est adæquatus huic nomini, Paternitas; & accipiendo postea conceptum communem generationis in quo generatio creata, & increata conueniunt, qui est conceptus cōæquatus huic nomini, generatio: Vel ergo vtriusque nominis communis, scilicet Paternitatis & generationis, est conceptus adæquatus, non vnus, sed duplex, quod volumus; consequens enim est hæc esse rationibus formalibus distincta; duo enim conceptus adæquati distincti, duabus definitionibus explicantur: quod si Paternitas & generatio communis distinguuntur definitione, Paternitas, & generatio increata etiam definitione distinguuntur; impossibile enim est communia esse distincta, & particularia non distingui: Vel dandum est alterum membrum, scilicet quod vtriusque nominis est conceptus adæquatus vnus, quod est impossibile; nam si Paternitas & generatio communis est vna, & eadem ratio formalis, etiã in rebus creatis vna est ratio vtriusque; quod falsum esse constat, cum generatio creata à Paternitate sit definitione distincta. Itaque vt particularia cum communibus cohæreant, necesse est Paternitatem & relationem, vel non esse distincta in rebus creatis, quod est falsum; vel esse distincta etiam in Deo, nõ re ipsa, sed rationibus formalibus; communia enim sunt in particularibus, & particularia communibus cohærent quoad distinctionem, & vnitatem rationis formalis. Et ita nõ possunt esse duæ

A naturæ genericæ distinctæ in vna natura specifica, scilicet vt generatio & Paternitas, quæ in analogo quasi in genere sunt duæ rationes formales, in specie, scilicet vt Deo attribuuntur, sint vna ratio formalis. Aliud argumentum est, si velimus probare ex distinctione reali Paternitatis, & generationis creatæ, eandem distinctionem in Deo. Quod argumentum libr. 1. refutauimus.
B Sed contra veniunt argumento à Sancto Thoma accepto i. p. q. 41. art. 1. ad 2. nam in generatione creata nihil aliud est nisi mutatio & relatio; sublata ergo mutatione, quæ in Deo non inuenitur, sola relatio manet; ergo generatio in Deo est sola relatio: quo eodem argumento i. p. q. 25. art. 1. docet S. Thom. opus creationis non esse veram actionem, sed esse solam relationem consequentem rem ipsam creatam; quoniam nulla actio creandi egressa à Deo potest excogitari ante rem ipsam creatam: quia illa actio in nullo subiecto est; ergo nulla est. Si igitur creatio ex parte rei creatæ est pura relatio, & significatur per modum actionis, ita tamen vt fateamur non esse actionem, sed relationem; quid prohibet generationem diuinam dicere relationem significatam per modum operationis? ita tamen vt confiteamur non esse veram operationem, neque verum actum potentia? Quod quidem argumentum magnum est.
C Ad hæc tamen suo ordine respondebimus; & primum dicimus probissimè philosophatum esse Angelicum Doctorem; nam ex eo quod generatio diuina non est mutatio, aut relatio est, aut nihil est; & nos confitemur eam esse relationem; sed simul affirmamus distingui ratione formali à relatione vt relatio est. Aliàs nisi generatio diuina distingueretur à relatione vt relatio est, non conueniret in conceptu analogo generationis communi generationi creatæ & increatæ, & non esset vera generatio, quod est hæreticum; sicut etiam persona diuina est relatio, sed tamen nisi distingueretur definitione à relatione vt relatio est, non conueniret in conceptu analogo personæ, & non esset verè persona, quod etiã est hæreticum. Et hoc ipsum exemplo creationis comprobatur, nam iuxta sententiam S. Thom. quam opinamur verissimam, creatio solùm significatur per modum

Paternitas & generatio creata distinguuntur rationibus formalibus.

Respons. Resellitur.

Duo cōceptus adæquati distincti, duabus definitionibus explicantur.

Si Paternitas & generatio communis distinguuntur definitione, etiã & particularia vt generatio & Paternitas increata.

Similiter si nõ distinguuntur, nec etiam particularia, vt generatio, & paternitas creata.

Obiectio difficilis ex S. Thom. 1. locus.

17. Obiectio difficilis ex S. Thom. 1. locus.

2. locus.

18. Respond. ad 1. locum. Generatio diuina est relatio; & simul à relatione vt sic eam distingui ratione formalis, probatur.

Aliàs non esset verè & propriè ac formalitèr generatio quod est hæreticum. Idè dicendum de persona.

Declaratur exemplo creationis.

In opinione S. Thom. creatio non est vera actio, sed tantum significatur per modum actionis.

modum actionis, & non est actio re ipsa, neque conuenit in conceptu analogo actionis; imò excluditur ab ipso, & verè dicimus quòd non est actio, sed solummodò significatur per modum actionis: ergo similiter, si diuina generatio solum significatur per modum operationis, & conceptu proprio non distinguitur à conceptu relationis vt relatio est; sanè excluditur à conceptu analogo generationis, à quo conceptus relationis distinctus est; & ita verum erit negare esse in Deo generationem, sed significari duntaxat per modum generationis dicendum erit, quod est contra fidem; & similiter dicendum erit non esse verum actum potentie, & veram operationem, quod illi Autores cōcedunt, nescio quo iure. Sed certè quod attinet ad generationem, si quis diceret nō esse in Deo veram generationem, hæresis damnandus esset.

19. Respond. ad 2. locum de creatione.

1. discrimen inter hanc & originem, ex n. 18

2. discrimen.

Creatio significatur vt actio quia in ea est effectus distinctus quoad essentiam, & existentiam à creatante, & est nouitas existentie.

Diuina generatio nō sic, sed est vera operatio, & actus potentie.

20. sententia nō ponit octo relationes.

Ad exemplum de creatione ex dictis datum est responsum, cum illud sit notū discrimen, in creatione solum esse modum significandi, in generatione verò diuina esse rem ipsam significatam. Præterea obseruandum est quòd licet in creatione nulla sit actio media inter Deum, & rem creatam, res tamen ipsa est realis effectus diuinæ potentie, & est res extra diuinam potentiam secundum essentiam & existentiam distincta; & idcirco iure optimò significatur creatio per modum actionis, quia ibi est creans & creatum; quare & creatio dicitur per modum actionis, & significat nouitatem existentie in effectu, vt S. Thom. docet. At verò in generatione diuina Filius non est effectus diuinæ virtutis, neq; ibi est aliqua nouitas, quæ significetur per modum actionis; neq; est res extra diuinam potentiam ab ea distincta, quæ fuerit in potentia actiua, & postea sit extra illam: quare nullo modo intelligitur generans & genitus, nisi quia est in Patre vera generatio, & in Filio vera natiuitas. Et idcirco generatio nō solum significatur per modum operationis, sed est vera operatio ducta à Patris essentia, qua sola Pater est genitor, & Filius natiuitate natus; aliàs nullo modo potest intelligi Filius verè productus & genitus.

Nec verò ponimus octo relationes, vt quidam ineptè obijciunt: nam vel origines comprehendimus in conceptu

A confuso relationum, & ita in ipsis quatuor relationibus numeramus origines; vel origines distinguimus à relatione vt relatio est, & ita ponimus quatuor relationes, origines duas, processiones duas.

Confirmatio.

Hæc autem sententia confirmatur ex sacris literis, in quibus multa legimus, quæ sunt propria generationis, ita vt vterum sibi Pater attribuat ad indicandam veritatem generationis, Psal. 109. *Ex utero ante luciferum genui te*, quod multi Patres de generatione diuina explicant. Generare etiam ex propria ratione est communicare naturam; Pater autem omnia dedit Filio, & Filius omnia accepit à Patre, sacro eloquio testante; essetque hæreticum negare generationem diuinam esse propriam, ac formaliter generationem. Urgeamus igitur aduersarios, audeantne concedere, quòd sola ratio cōmunis relationis inueniatur in Patre, non verò ratio, notioque communis generationis? Sanè ego teneo sincera fide quòd Pater nō solum Pater est, sed & generat & Pater est: Verūmenimverò affirmat sacrum eloquium ex utero Patrem generare, & omnia Filio Patrem dare, Filiumque accipere, & nasci, & procedere. Et in idem Patres conspirant, & consentiunt. Magnus Athanasius lib. 5. de vnita substantia Trinitatis, docet verè esse Patrem, quia verè generat: non nugatoria, aut inanis probatio est idem per idem demonstrantis, quasi dicat, Pater est quia Pater est: sed à veritate generationis argumentum duxit veræ Paternitatis. Et S. Cyrillus 1. libr. Theauri cap. 5. *Pater igitur est, quia generat: Filius, qui generatur.* S. Ambros. in Prolog. lib. 2. de Fide. *Itaque (inquit) principium fidei nostræ est scire, quòd genitus est Dei Filius; si genitus non est, nec Filius est.* Principium fidei posuit generationem, eò quòd illa sit firmum argumentum filiationis; si enim genitus nō est, non est Filius. Hoc nobis liceat dicere cum S. Ambros. Accipiamus in animo veram ac propriam rationem generationis à filiatione distinctam; audacter affirmamus, si verè genitus nō est, Filius verè non est. Quòd verò per conjunctionem

Confirmant Sacre literæ ac Patres propria, ac formaliter ratione generationis tribuentes diuinæ. Psal. 109.

Oppositū hæreticū esse ostenditur.

B Pater autem omnia dedit Filio, & Filius omnia accepit à Patre, sacro eloquio testante; essetque hæreticum negare generationem diuinam esse propriam, ac formaliter generationem. Urgeamus igitur aduersarios, audeantne concedere, quòd sola ratio cōmunis relationis inueniatur in Patre, non verò ratio, notioque communis generationis? Sanè ego teneo sincera fide quòd Pater nō solum Pater est, sed & generat & Pater est: Verūmenimverò affirmat sacrum eloquium ex utero Patrem generare, & omnia Filio Patrem dare, Filiumque accipere, & nasci, & procedere. Et in idem Patres conspirant, & consentiunt. Magnus Athanasius lib. 5. de vnita substantia Trinitatis, docet verè esse Patrem, quia verè generat: non nugatoria, aut inanis probatio est idem per idem demonstrantis, quasi dicat, Pater est quia Pater est: sed à veritate generationis argumentum duxit veræ Paternitatis. Et S. Cyrillus 1. libr. Theauri cap. 5. *Pater igitur est, quia generat: Filius, qui generatur.* S. Ambros. in Prolog. lib. 2. de Fide. *Itaque (inquit) principium fidei nostræ est scire, quòd genitus est Dei Filius; si genitus non est, nec Filius est.* Principium fidei posuit generationem, eò quòd illa sit firmum argumentum filiationis; si enim genitus nō est, non est Filius. Hoc nobis liceat dicere cum S. Ambros. Accipiamus in animo veram ac propriam rationem generationis à filiatione distinctam; audacter affirmamus, si verè genitus nō est, Filius verè non est. Quòd verò per conjunctionem

Arguit à veritate generationis ad veram Paternitatem S. Athan.

S. Cyrill.

A natiuitate ad filiationem S. Ambros.

C omnia Filio Patrem dare, Filiumque accipere, & nasci, & procedere. Et in idem Patres conspirant, & consentiunt. Magnus Athanasius lib. 5. de vnita substantia Trinitatis, docet verè esse Patrem, quia verè generat: non nugatoria, aut inanis probatio est idem per idem demonstrantis, quasi dicat, Pater est quia Pater est: sed à veritate generationis argumentum duxit veræ Paternitatis. Et S. Cyrillus 1. libr. Theauri cap. 5. *Pater igitur est, quia generat: Filius, qui generatur.* S. Ambros. in Prolog. lib. 2. de Fide. *Itaque (inquit) principium fidei nostræ est scire, quòd genitus est Dei Filius; si genitus non est, nec Filius est.* Principium fidei posuit generationem, eò quòd illa sit firmum argumentum filiationis; si enim genitus nō est, non est Filius. Hoc nobis liceat dicere cum S. Ambros. Accipiamus in animo veram ac propriam rationem generationis à filiatione distinctam; audacter affirmamus, si verè genitus nō est, Filius verè non est. Quòd verò per conjunctionem

Declaratur 1.

Secundo.

D Principium fidei nostræ est scire, quòd genitus est Dei Filius; si genitus non est, nec Filius est. Principium fidei posuit generationem, eò quòd illa sit firmum argumentum filiationis; si enim genitus nō est, non est Filius. Hoc nobis liceat dicere cum S. Ambros. Accipiamus in animo veram ac propriam rationem generationis à filiatione distinctam; audacter affirmamus, si verè genitus nō est, Filius verè non est. Quòd verò per conjunctionem

junctionis notam ait, *si genitus non est, nec Filius est*, rationem utriusque nominis discrevit: quod & Patres faciunt frequentius, qui affirmant & Filium verè esse, & genitum verè esse. Et idem Ambros. lib. 4. de Fide cap. 4. in illud; *Ex utero ante luciferum genui te. Non* (inquit) *ut corporalem alium declararet, sed ut proprietatem verae generationis ostenderet.* Vide generationem non solum veram, sed propriè dictam, quæ ab sq; dubio à relatione distinguitur ratione formali. At verò S. Aug. pronuntiato illo celebri, *Quia generat est Pater, quia Pater est generat*, eadem veritatè declaravit. Nam & Patris est generare, & generantis est Paternitas. Quæ verba alio loco explicanda sunt.

S. Anselmus etiam Monolog. cap. 39. efficacissimè arguit verè esse Filium Dei dicendum, quia perfectissima generatione est natus. Et cap. 40. incipit. *Ad hoc constare non poterit nisi pariter ille verissimè gignat, & istud verissimè gignatur.* Tollunt ergo nobis atque eripiunt firmissimum fidei argumentum, sine quo Patris & Filij nomina non constent, qui generationem à Paternitate, aut Filiationem à natiuitate suis rationibus formalibus non distinguunt. Iam enim argumentum nullum est Patrem esse quia generat, si idem dicis dum ais generare, & dum affirmas esse Patrem. Legantur quæ lib. 1. retulimus ex S. Basilio contra Eunomium, qui verborum significationes confundebat. Et creditur hæc sententia non solum à veritate abhorrens, sed parùm consentanea placitis Sanctorum Patrum, & fidei dogmatis. Cum ergo Patres ponunt originem loco relationis, non pro eodem usurpant; sed cum re ipsa sint idem, vtraque aiunt esse personarum proprietates, vt 4 libro exponemus. Siue enim genitorem, siue Patrem dicas, personam distinctam nominas, etiam si in Theologica disceptatione non generatio, sed Paternitas sit constitutiva proprietatis. Et planè eodem sensu Magister ait d. 26. generationem, & natiuitatem alijs vocabulis Paternitatem, & Filiationem dici, non quod hæc sint synonyma, sed quia res significata est eadem; differebatur enim eo loco de reali personarum distinctione.

Hæc est S. Thomæ doctrina certissima, tum quia docet relationes fundari

A in origine: tum quia affirmat personas non constitui per origines, sed per relationes; planè apertèque discernens relationes ab origine: tum verò quia de hac distinctione differens 1. p. q. 41. art. 1. ad 2. affirmat distingui ex modo significandi: est enim quidam modus significandi qui non sequitur modum intelligendi quoad distinctionem, vt ea quæ sunt vnū intelligamus distinctis conceptibus. Hoc verò S. Thom. voluit nos docere; nam Paternitas, & generatio non distinguuntur modo significandi grammatico, cum vtrumque sit nomen substantiuum, neque modo Dialectico, cum vtrumque sit abstractum atque absolutum. Reliquum est ergo, quod distinguantur nostro modo significandi siue intelligendi: quo vnum & idem significamus pluribus nominibus & conceptibus. Cum verò in 1. d. 32. q. 1. art. 1. & 2. ait producere Filium esse respectum Patris ad Filium, etiam in sensu formali potest explicari: nam sicut essentia in conceptu confuso complectitur omnia attributa; & ita Deus intelligit per essentiam (quia essentia est ipse intellectus) non solum in sensu identico, sed formali; ita relatio diuina continet in conceptu confuso originem, vt lib. 4. dicemus: quare etiã in sensu formali nihil est origo nisi quedam relatio; sed relatio vt relatio est conceptu relatiuo, necessariò ab origine discernenda est; vt hoc cap. comprobamus: Cum qua tamen distinctione consentit, vt origo propriè & formalitèr dicatur relatio. Et idem indicat S. Doctor ibi responsione ad 2. dum ait oportuisse originem & relationem seorsum significari, scilicet distinctis conceptibus non synonymis, per modum relationis & per modum actionis. Et q. 41. art. 4. ad 3. ait actum intelligendi in Deo distingui à potentia intelligendi penes modum significandi: sanè eo modo significandi quæ nunc explanauimus; quo generatio à Paternitate distinguitur; cum liqueat inter Theologos intelligere diuinum ratione formali distingui ab intellectu. Et in eodem art. 4. planissimè actus notiones ostendit esse quasdam operationes, quibus necesse sit consignare principia à quibus dueantur. Quod enim generat (vt ille inquit) aliquo sui generat; quod certè in relationibus non inuenitur. Et de potentia q. 10. art. 2. inuestigat, vtrū

B in origine: tum quia affirmat personas non constitui per origines, sed per relationes; planè apertèque discernens relationes ab origine: tum verò quia de hac distinctione differens 1. p. q. 41. art. 1. ad 2. affirmat distingui ex modo significandi: est enim quidam modus significandi qui non sequitur modum intelligendi quoad distinctionem, vt ea quæ sunt vnū intelligamus distinctis conceptibus. Hoc verò S. Thom. voluit nos docere; nam Paternitas, & generatio non distinguuntur modo significandi grammatico, cum vtrumque sit nomen substantiuum, neque modo Dialectico, cum vtrumque sit abstractum atque absolutum. Reliquum est ergo, quod distinguantur nostro modo significandi siue intelligendi: quo vnum & idem significamus pluribus nominibus & conceptibus. Cum verò in 1. d. 32. q. 1. art. 1. & 2. ait producere Filium esse respectum Patris ad Filium, etiam in sensu formali potest explicari: nam sicut essentia in conceptu confuso complectitur omnia attributa; & ita Deus intelligit per essentiam (quia essentia est ipse intellectus) non solum in sensu identico, sed formali; ita relatio diuina continet in conceptu confuso originem, vt lib. 4. dicemus: quare etiã in sensu formali nihil est origo nisi quedam relatio; sed relatio vt relatio est conceptu relatiuo, necessariò ab origine discernenda est; vt hoc cap. comprobamus: Cum qua tamen distinctione consentit, vt origo propriè & formalitèr dicatur relatio. Et idem indicat S. Doctor ibi responsione ad 2. dum ait oportuisse originem & relationem seorsum significari, scilicet distinctis conceptibus non synonymis, per modum relationis & per modum actionis. Et q. 41. art. 4. ad 3. ait actum intelligendi in Deo distingui à potentia intelligendi penes modum significandi: sanè eo modo significandi quæ nunc explanauimus; quo generatio à Paternitate distinguitur; cum liqueat inter Theologos intelligere diuinum ratione formali distingui ab intellectu. Et in eodem art. 4. planissimè actus notiones ostendit esse quasdam operationes, quibus necesse sit consignare principia à quibus dueantur. Quod enim generat (vt ille inquit) aliquo sui generat; quod certè in relationibus non inuenitur. Et de potentia q. 10. art. 2. inuestigat, vtrū

Secundò,
Tertiò,
Quadam loca S. Doctoris, explicantur.
1. locus,
Paternitatè & generationem distingui ex modo significandi grammatico, nec dialectico, est conceptibus, nominibus, rationibus, formalibus, distingui.

2. locus,
Non solum in sensu identico, sed etiã in formaliori origo est relatio.
Exemplum essentia cõplectetis cõceptu confuso omnia attributa, vt lib. 1. c. 33. p. 1. num. 5. & hic num. 8.

Alia loca pro 2. sent.
1. locus,

Secundus,

Tertius,

Quartus,

Idem in illud Psal. citati.

S. Augustini celebre argumentum à generatione ad Paternitatem, & viceuersa,

22. S. Anselmi simile argum.

Patrum argumentum, non probat idem per idem.

S. Basil. videndus supra lib. 1. c. 31. p. 1. num. 19.

Patres ponentes originem loco relationis explicatur.

Magist. explicatur,

23. Sententia est S. Thomæ. Probatur 1.

Quintus.

Sextus.

24.

Eadem sententia est priscorum scholasticorum.

Marsil.

Carthus.

Argent.

Itē aliorū affirmantiū personas nō origine, sed relatione cōstitui.

Eadem est Recentiorum.

Imponunt

Durando, &

Scoto quidam

eis contrariam

sententiam ad

scribentes.

Ostenditur de

Durand.

Ostenditur de

Scot.

In quodiffētiat

Scot.

25.

Nominales ad-

uerfantur quia

penes solum

cōceptū nihil

distinguunt.

Gabriel.

Ocham.

Adam.

Gregor.

processiones vt & alia operationes distinguantur penes terminos & principia. Et itē de potentia q. 8. art. 3. docet relationem & originem esse quidem re ipsa idem, sed differre ratione & modo significandi, & idem docet quæstion. 10. art. 3.

Et hæc eadem censenda est communis opinio priscorum scholasticorum, quam tenent Marsilius in 1. quæst. 14. art. 2. & Dionys. Carthusian. d. 10. q. 1. & Thomas Argent. ibidem cū reliquis Thomistis. Cæteri autem, etsi hanc quæstionem nō ita dilucidè tractarunt, maxime sequuti sunt eam sententiā, quod personæ non origine, sed relatione cōstituantur, originem à relatione absque dubio separantes. Recentiorum verò pars quam maxima est Thomistarum, qui & relationes fundari in origine, & personas constitui relatione, & remotis relationibus origine personas constituendas cum S. Thom. affirmant. Quod si remota relatione origo adhuc cōstituit, alius est conceptus originis, qui scilicet manet seclusa relatione. Imponunt autem Durando, atque Ioanni Scoto, qui aiunt eos adhæsisse contrariæ sententiæ, relationem ab origine non distinguentes. Nam Durand. d. 26. q. 1. §. Sed ulterius, affirmat relationem posse nominari per modum proprietatis, & per modum actionis: priori autem modo personas constituere eo loco docet cum S. Thoma. Ioannes verò Scotus d. 28. quæst. 3. §. Ad quæstionem, considerat in personis originem & relationem, in origineque esse prioritatem, in relatione simultatem, vt dicunt. Quare absque dubio inter relationem, & originem cogitando discernūt, ita tamen vt ipsa relatio, & relatio sit & origo, vt nos quoque sentimus. Verum est Scotum non concedere relationē prius intelligi vt proprietatem, & deinde vt relationem, in quo à Sancto Thoma dissentit, vt lib. 4. disputabimus.

Fuit autem Nominalium contrariā sententiā, eò quod penes conceptum nihil distinguerent, nisi in re ipsa esset distinctio. Cuius factionis fuerit Gabriel, & Guilielmus Ocham. in 1. dist. 7. quæst. 1. & d. 26. q. 2. Adam. d. 33. q. 3. vbi refert Aureolum pro suis partibus. Et easdem sequitur Gregorius dist. 7. quæst. 1. artic. 1. Et in eadem videtur

esse sententia Alfonso Toletus dist. 13. quæst. 2. conclusione 4.

CAPVT LIIII.

Processio Spiritus Sancti necessaria est, sed non coacta.

DE perfectione diuinæ processions agendum iam est. Idque primo loco rei excellentiam declarat, quod sit ens necessarium, quod necesse sit esse: esse enim est perfectio rei, atque ideò quod non est necesse esse, non est ex natura sua perfectum; nihil autem in Deo est quod possit non esse, esset enim Deo mutabilis: quare processio Spiritus Sancti, quæ est res diuina in Deo existens, & est ipsa diuina essentia, & ipsum esse diuinum, absque dubio necessaria est, hoc est, necessariò existens. Postea verò etiam ostendemus ex propria ratione processions, eam esse æternam, & immutabilem; id autem quod æternum & immutabile est, necessarium quoque est à posterioribus ad priora ducendo rationem.

Sed tamen quoniam hæretici obieiebant nobis argumentum, quærendo Pater ne voluntate, an necessitate generaret? voluntate, inquam, libera, qua posset non generare si nollet, an necessitate coactus? Quæ quæstio de processione Spiritus Sancti eadem est: Vtraque nominum æquiuocatio reiicienda est. Et hoc quidem capite ostendemus, necessariam esse diuinam processionem, non tamen coactam: capite verò sequenti esse voluntariam, sed non liberam.

Præmeditandum est autem necessarium duplex esse ex doctrina Aristot. 3. Metaph. text. 6. vel absolutè, vel conditione aliqua necessarium: absolutè, quod in se ipso non potest non esse; conditione necessarium quod non potest non esse propter causæ conditionem, aut efficientis, aut finalis. Et ex vtraque causa necessarium potest dici violentum nō solum ex causa efficiente, quod Aristotel. tradit in Physicis, sed etiam ex causa finali, vt docet in Ethicis. Et ad hoc reuocatur necessarium in dictione legis, quod S. August. 5. de Civit. Dei cap. 10. diuidit in necessarium coactione, & prohibitione.

Quoad primum igitur ex parte agentis,

Toletus.

1. conclus. Processio Sp. Sancti necessaria est.

Probatur 1. quia est ipsum esse Dei atque adeò perfectum.

Probatur 2. ex proprijs iurta dicenda cap. 55. 56. & 59.

2. Hæreticorum arg. æquiuocū.

Diluetur hoc capite & seq.

3. Præmitte lum ex Aristot.

Necessarium absolutè.

Necessariū ex cōditione causæ, vel efficientis, vel finalis. Sic violentum ex conditione causæ.

S. August.

2. conclusio

Processio Sp. Sancti non est coacta ex parte agentis.

S. Thom. probat. 1. ex simplicitate Dei.

Ex natura & violento fit coactio per accidens.

Probatur 2. ex identitate diuine processionis cum primo agente.

Probatur 3. ex proprijs. Voluntas cogi non potest.

Idem.

Pro 3. concl. aduert.

Ex Aristot. Vis quædam est necessitas. Declaratur.

3. conclusio. Processio Sp. Sancti non est coacta ex parte finis.

Probatur 1. Finis est melior ijs quæ sunt ad finem, eorumque causa.

Probatur 2.

tis, S. Thom. 1. contra gent. cap. 19. euidenter commonstrat Deum non posse cogi, aut violentiam perpeti: nam ea quæ vim patiuntur, composita sunt secundum accidens. Natura enim rei non est violenta habenti naturam; oportet ergo præter naturam inesse aliquid quod violentum sit. Erit ergo compositio ex natura, & violento, eaque secundum accidens; quæ enim sunt per se, sunt naturæ apta, & consentanea: violentum autem repugnat naturæ; ergo compositio ex violento, & natura secundum accidens est; Deus autem simplex omnino substantia. Sed ex eo quod Deus est primum agens, æquè perspicuum est cogi non posse, aut vim ab aliquo sustinere; quod enim est violentum, est ab agente extraneo; quod enim à natura est, violentum non est: Sed Deus est primum agens; ergo in Deo nihil est violentum. Cum ergo probatum sit in Deo esse processionem Spiritus Sancti; consequens est ut ea necessaria quidem sit; sed non necessitate coactionis. Ex proprijs verò idem ostenditur, processio quippe Spiritus Sancti est per voluntatem; voluntas autem cogi non potest, ut S. Thom. docet 1. 2. q. 6. art. 4. & nos tomo 2. disputabimus: ergo processio Spiritus Sancti coacta esse non potest.

Sed tamen hæc argumenta probant quidem Deum non cogi ab agente extraneo. Est verò adhuc differendum, cogaturne ex parte finis: non solum enim agens extraneum, sed finis etiam inducit necessitatē coactionis; ut enim probe dicit Aristotel. 4. Metaph. cap. 5. *Vis quadam est necessitas, cum quædam scilicet volumus non libentes, vel ut effugiamus coniuncta mala, vel ut obtineamus bona expetita: contraria enim est necessitas voluntatis rationisq; motui, ut ibidem Aristot. docet. In Deo autem etiam ex parte finis nulla est necessitas coactionis; tum quoniam Deus, cum sit summum bonum, & quidem finis rerum omnium, sui autem ipsius finis non est: finis quippe melior est ijs quæ sunt ad finem, estque finis eorum quæ sunt causa: In primo ergo agente nihil est melius, & minus bonum, sed simplex bonum; neque fiunt quædam propter alia in illa simplici & incommutabili substantia; non est ergo necessitas coactionis in Deo ex parte finis. Tū*

A etiam quia nihil Deo molestiæ potest occurrere, quod relatum ad finem necessitatem coactionis inducat: molesta enim sunt quæ bono expetito obsistunt, ut potio medicata quæ amara est, expedit quidem saluti, sed voluptati obest. Vbi ergo est multitudo bonorum quæ simul expetuntur, quædam mala alijs bonis consentiunt, alijs obstant: Deus autem est summum bonum, & simplex bonum; nihil ergo Deo insuaue est, quod Deus velit sibi, necessitate coactus: Sed omnia quæ vult, libens optat aut vult, & omnia habet quæ vult: sicut etiam beati etiam si in eis sit multitudo, copiaque bonorum, quia tamen omnia bona referunt in illud vnum summum bonum quo fruuntur, scilicet in ipsum Deum, nulla necessitate coactionis ex parte finis tenentur. Atque idcirco S. August. in lib. de Vita beata dixit viros sanctos, vel idcirco etiam in vita mortali beatos esse, quod omnia retulerint in Deum, nihilque illis molestum sit aut graue; cum omnia velint libentes vel quæ agunt, vel quæ etiam patiuntur: improbos autem miseros esse, qui etiam dum libidine fruuntur, ea perpetiuntur quæ nollent; quia nollent sanè esse mala, quæ ut voluptuosa appetunt. Deus autem maximè ab hac necessitate finis alienus est, qui non solum non cogitur necessitate finis, sed nec spectat finem; omniaque ea quæ eligit, destinat non ad finem sibi obtinendum, sed ad fines, quos res creatæ consequuntur; ipse expers est omnis motionis in finem. Scitum quoque est hæc processionem neutrius causæ conditione necessariam esse efficientis, aut finalis: quia processio diuina non habet causam.

Compendio igitur dicendum, quod processio Sp. Sancti est quidem necessaria suapte naturam, eò quod non possit non esse; non tamen necessitate causæ, aut naturali, aut coactionis aut ex parte agentis, aut ex parte finis: sed est nobis potius illud cum Aristotele colligendum loco recitato; cum enim ad finem capitis dixisset, quædam esse necessaria ex aliqua causa, quædam verò necessaria non ob causam priorem, sed ipsa esse prima propter quæ alia necessaria sunt, verbi gratia, prima principia in demonstratione. Ita (inquit) sit ut quod primum ac necessarium est, id sit quod est simplex atque absolutum. Absolutum dixit

Molestia inducens coactionem inuenitur ubi est multitudo bonorum, dū quædam mala alijs bonis consentiunt, alijs obstant. Ex eplū potio-nis medicatæ

Beati omnia bona referunt in vnum summum bonum quo fruuntur.

Ex S. Aug. Viri facti etiam in hac vita beati, & expertes coactionis ex parte finis.

Ratio. Improbi etiam dū libidine fruuntur, ea perpetiuntur quæ nollent, quia saltem nollent esse mala ea quæ ut voluptuosa appetunt.

Deo non spectat finem sibi obtinendum.

Probatur 3. Processio diuina nullam habet causam.

6.

Confectarium ex Aristot.

Necessarium non ex causa est primum, simplex, & absolutum.

Non sic necessarium necessitate coactionis, seu ex causa.

Obiect.

Respons.

Principium ut sic, non affert prioritatem secundum aliud & aliud esse.

Quod processio Sp. Sancti sit secunda, indicat sola prioritatem rationis.

dixit quod non est relatum ad aliud tã. quam ad causam. Id ergo quod est simplex & causam non habet, est necessariũ vt primum; quod autem est necessarium necessitate coactionis, aut necessitate aliqua finis, necessariò habet causã priorem suã necessitatis; ideòque non est primum, nec etiam simplex, vt probauimus; neque etiam est absolutum, cum sit ad causam priorem relatum.

Quòd si obijcias processionem Spiritus Sancti esse à principio reali, & esse processionem secundam; quare non esse necessariam ea necessitate, quam Aristotel. indicauit. Respondetur causam distingui ab effectu secundum esse, ideoque afferre prioritatem secundum aliud & aliud esse: In Deo verò vnicum esse considerari, quo ipsæ processionem existant; & ideo processio Spiritus Sancti, in qua non est causa, sed solum principium, vt docuimus, est sanè necessaria necessitate primi entis, & primæ existentiæ, cuius nulla causa est prior. Quòd autem sit secunda processio, indicat ordinem processionum, non verò prioritatem secundum aliud, & aliud, sed solam prioritatem rationis, vt dicemus. Confirmationem Patrum, & Conciliorum capiti sequenti seruiamus.

CAPVT LV.

Processio Spiritus Sancti spontanea est: non tamen libera, sed naturalis.

C Apud habet partes duas. Pars Prima: *Processio Spiritus Sancti voluntaria est; sed non ex consilio, & deliberatione.*

Pars Secunda: *Processio Spiritus Sancti non est dicenda libera.*

PARS PRIOR.

Processio Spiritus Sancti voluntaria est, sed nõ est ex consilio & deliberatione.

D E hac questione S. Thom. 1. p. q. 41. art. 2. & in 1. d. 6. art. 1. 2. & 3. & de potentia q. 2. art. 3. Circa priorem partem obseruandum est voluntarium dici, quod à voluntate vel procedit, vel accipitur, placetque voluntati. Est verò voluntas sensualis, quæ sensu ducitur; & rationalis alia, quæ ducitur ratione; vo-

A luntas autem rationalis libera est, si maturo iudicio rationis coniuncta sit; quò ablato libera non est, vt in pueris, & amentibus; iudicium autem est de rebus agendis deliberatio. Circa finem verò, quia de fine non deliberamus, sed de medijs, voluntas libera non est, sed impetu fertur, vt ait Aristot. 1. Ethicor. cap. 16. Hęc autem tomo 2. differemus. Quoniam vero à voluntate nomen voluntarium ducitur, ampla quadam significatione voluntarium etiam in brutis dicimus, vel, vt alij volunt spontaneum. In his autem quæ sunt prædita ratione, voluntarium dicitur, vel medium ad finem, quod eligitur & deliberando placet, vt dare operã literis; vel quod etiã sine deliberatione placet, vt est ipse finis, scilicet viuere, beatum esse.

B Volontarium igitur illud esse decernitur, quod est à principio intrinseco cognitione prædito, & remota ignorantia, non renitente voluntate. In ijs ergo quæ omnis cognitionis sunt expertia, voluntarium profus non est. In ijs autem quibus ratio viget aut sensus, quod per ignorantiam accidit, non voluntariè, aut sponte accidit, reatè enim dicit Ioan. Damasc. lib. 2. fidei Orthodox. cap. 24. *In spontaneis est partim agere per violentiam, partim per ignorantiam.*

C Cum quo etiam S. Greg. Nissenus consentit, & S. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. Quædam enim vis affertur ignaro, dum aliquid ignorat circa ea quæ agit, quod nisi ignoraret, nollet ea agere quæ agit. Inconsiderantia igitur potest reuocari ad necessitatem coactionis; in ijs quæ sunt necessaria ad finem; voluntarium autem, siue spontaneum violento, atque coacto contrarium est. Spontaneum verò est quicquid expetitur, aut liberè, aut solã complacentiã, etiam irrationali appetitione in brutis, qua parte est magis amplum, quàm voluntarium perfectum. S. Ioan. Damasc. lib. 2. fidei Orthodox. cap. 24. spontaneum ait, quod vel laus sequitur vel vituperium: vbi accipit spontaneum pro libero. Sed ad finem capitis fatetur quædam esse spontanea, quæ non sunt libera.

D Per hæc autem constat processionem Spiritus Sancti esse voluntariam; & primò ipsa origo; & spiratio actiua quæ est in Patre & Filio, est operatio à principio intrinseco, scilicet de ipsa substantia vtriusque.

Voluntas rationalis.

Hac in finem impetu fertur, nõ libere, quia de fine nõ deliberamus, sed de medijs.

Aristotel. Voluntariũ latè etiam in brutis dicitur.

In ratione præditi voluntariũ vel est medium, vel finis

2. Definitio voluntarij latè sumpti

Excluditur quod per ignorantiam accidit.

S. Damasc.

S. Greg. Nis. S. Thom.

Quædam vis affertur ignaro operanti.

Spontaneum etiã in brutis reperitur.

Latè patet, quod voluntarium perfectum.

S. Damasc.

Spontaneum sumpti strictè pro libero.

3. 1. Conclus. Spiratio actiua est voluntaria. Probatur ex definitione.

aduert.

Voluntariũ dicitur à voluntate, scil. quod ab ea, vel procedit vel accipitur, eique placet. Voluntas sensualis.

usque; quod idem principium est maxime ratione præditum, in quo nulla potest esse inconsiderantia; nec voluntas renititur, quia Deus non operatur iniustus, ut probatum est; ergo est operatio maxime voluntaria, & spontanea. Processio verò qua Spiritus Sanctus procedit, non minus est voluntaria, ac spontanea ratione eadem. Et confirmatur, quia in Deo nihil est, quod non sit summum bonum, & voluntas divina semper est in actu cum sit ipse actus; ergo nihil est in Deo, quod à singulis personis non maxime diligatur, & placeat. Est ergo tam generatio Filij, quam processio Spiritus Sancti summopere voluntaria ut res dilecta, & que summopere accepta est singulis personis diuinis: & ita viro Catholico sentiendum est, cum singulæ personæ se se diligant, ut sacræ literæ testantur; diligunt ergo non minus processiones suas, quæ non sunt res à personis distinctæ. Quòd si voluntaria est processio, est etiam spontanea, quod nomen amplius est.

Quòd autè processio diuina nõ sit voluntaria ex deliberatione, manifestò etiã liquet; deliberamus enim de agendis, ut diximus, liberumque illud est, quod est in potestate voluntatis, quod potest esse & non esse: processio autem diuina non est actio, qua procedat aliquid effectum; neque potest esse & non esse, sed necessaria est, ut diximus; ergo non venit in deliberationem, sed est voluntaria ut finis, de quo non habemus consilium, aut electionem. Idem probat S. Thom. 1. p. quæst. cit. quia voluntas nõ est determinata ad vnũ; quare id quod procedit à voluntate deliberante, non est tale quale est principium agens unde emanat, sed quale agens vult: quare si Filius procederet à voluntate Patris, non esset naturã Deus, sed esset qualis Pater vellet; quod intelligendum est de voluntate libera; nam naturalis volũtas determinata est ad vnum. Processio ergo diuina non est libera ex consilio & electione, licet aliàs sit voluntaria, hoc est, spontanea.

Est verò obseruandum cum S. Thom. 1. p. q. citat. quòd casus ablatius nonnunquam significat causam; quandoque verò concomitantiam (ut aiunt) siue circũstantiam, & dicitur tunc ablatius absolutus à Latinis. Cum ergo Hæreti-

A ci quærent; Filiusne gignatur voluntate Patris? duplex sensus latebat, scilicet voluntate, hoc est, per voluntatem, ut voluntas Patris esset generationis principium; vel voluntate Patris, hoc est, volente Patre, & non inuito, quæ dicitur voluntas concomitans, quia non est principium generationis, sed cum illa coniuncta. Primum negat S. Thom. voluntas enim non est principium diuinæ generationis; secundum concedit, Pater enim libens generat non coactus; & benè quidè exponit Magister sentent. quòd sicut Pater generat Deus & sapiens & iustus, ita generat & volens; sunt enim hæc omnia coniuncta cum Patre generante. Postea verò differendum & illud erit, an hæc voluntas Patris antecedit generationem? de processione verò Spiritus Sancti eadem est ratio quoad hoc secundũ; Pater enim & Filius volentes spirant, non coacti, aut inuiti. At verò quoad primum ratio est dispar; volũtas enim diuina est principium formale processionis Spiritus Sancti; quia procedit per voluntatem, quæ tamen non est principium generationis. Cum ergo quæritur utrũ Spiritus Sanctus voluntate Patris, & Filij procedat ut processionis principio? adhuc distinguendum est, voluntas enim deliberans non est principium Spiritus Sancti, sed voluntas absque deliberatione ut diximus, quæ a S. Thom. vocatur voluntas ut natura. Cum ergo Patres aut Cõcilia negant Filium procedere volũtate Patris, explicandum est de voluntate deliberante, quæ sit generationis causa. Quamobrem Hæretici dicebant esse Filium voluntatis, hoc est, per liberam voluntatem procreatum, ut res ceteræ create. Quia verò voluntas ut voluntas est, libera est; & voluntarium ut voluntarium, liberũ dicitur; diuina processio absolutè nõ est dicenda libera, sed meliùs spontanea; nec volũtate, sed sponte procedere, quæ significant non esse coactam processionem.

Confirmatio.

E A quæ dicta sunt auctoritate Patrũ, & Cõciliõrum testata esse volumus. S. Cyrill. primo Thesaur. cap. 8. argumentum Hæreticorum sic proponit. *Vtrum (inquiunt) absque consideratione Pater Filium genuit, an considerans atque volens? Nam si neque considerans*

SS neque

Hæc propositio, Filius gignitur voluntate Patris, id est per voluntatẽ ut per principium, negatur. id est, volente Patre, seu cõcomitanter, Conceditur.

Probat Magister.

Hæc propositio, Sp. Sanctus spiratur voluntate Patris, & Filij, id est, volentibus Patre & Filio, conceditur: id est, voluntate ut principio, negatur de voluntate deliberante: conceditur de voluntate, ut natura, seu absque deliberatione.

Volũtas ut volũtas libera est. Itẽ volũtariũ ut sic liberũ est. Processio diuina absolute nõ dicitur libera, sed meliùs spontanea, nec volũtate, sed sponte procedere.

6. S. Cyrill. proponit arg. hæreticorũ de quo num. 2.

Spiratio passiva similiter. Confirm. r. b. In Deo nihil est, quod non sit summũ bonũ, ac proinde maxime placens, & voluntarium.

Confirm. 2. Singulæ personæ se se diligunt, ac proinde processiones suas à se indistinctas

4. 2. Concl. Processio diuina non est voluntaria ex deliberatione. Probat 1.

Est voluntaria ut finis.

Probat 2. S. Thom. Id quod procedit à voluntate deliberante non est tale quale agens est, sed quale agens vult.

5. Ex eodem diluitur arg. hæreticorum, de quo c. 54. n. 2.

Hæreticorum
cauillus, & a-
quiuocatio de-
regitur.

Responsio.

Pater absque
deliberatione,
seu proposito
voluntatis, sed
tamen cognos-
cens, & volens
generat.

Idē ibidem
eodem modo
reloquetur.

Neutrā partē
qua fiti in arg.
permittit, ob-
rationē dandā
num. 10.

Explicatur ei?
Responsio.

Pater non ge-
nerat volunta-
tē libera, nec ge-
nerat nō volu-
tate, hoc est, vo-
luntate inuita,
aut coacta.

Cōfirmat ibi-
dem dictā res-
ponsonē con-
tra hæreticos.

Declaratur,
Confirmatio.

Com Filius fit
ipsa Patris es-
sentia, & sapi-
entia, & volū-

neque volens, aliquid passus est quod no-
lebat: *fm autem*, quoniam necesse est
considerationem atque voluntatem an-
te rem esse, qua secundum voluntatem
consideretur, Patrem quoque Filio præ-
fuisse necesse est. Ex quibus verbis pla-
nè liquet Hæreticos cauillo uti, verbis-
que æquiuocis: considerationem enim
dicunt quasi deliberationem, & volun-
tatem antecedentem opus. Si verò de
ea consideratione, scilicet deliberante
fermo sit, deque voluntate ea, scilicet
libera per quam aliquid opus agimus,
quam Aristotel. vocat propositum vo-
luntatis; negamus quidem processio-
nes diuinas esse ex ijs; sed inde non se-
quitur, quòd Pater aut ignarus, aut in-
uitus generet; sed quòd Pater absque
deliberatione, & absque proposito vo-
luntatis generet; intelligens tamen ma-
ximè se generare, & id maximè vo-
lens. Quæ enim est consequentia, Non
considerat deliberando; ergo non con-
siderat: Non vult electione libera; er-
go nullo modo vult. Ibidem subiicitur:
*Vnde ad hoc deducti estis à vos, ut volū-
tate, aut non voluntate Patris produ-
ctum Filium putetis? Ex qua id acce-
pistis scriptura? Quis vnquam sancto-
rum alterum istorum docuit.* Quibus
in verbis cernimus Sanctum Cyrillum
neutrū velle permittere, neque quòd
Pater generet voluntate, neque quòd
generet non voluntate: sic enim est ex-
plicandus. Nam si contradicentes ef-
ficeret, alteram concedere necesse erat:
non ergo generat voluntate quasi eli-
gente, nec non voluntate quasi inuita
voluntate, aut coacta. Ibidem etiam
respondet considerationem & volunta-
tem non antecedere generationem Fi-
lij, cum ipse Filius sit sapientia Patris, &
voluntas: Hæretici enim ponebant an-
tecedentiam veræ efficientiæ, ut cum di-
xit, *Fiat lux & facta est lux, &c.* Ibi-
dem prosequitur Filium esse consilium
Patris, ideoque non esse eius consilio
factum; quæ omnia certissima sunt: im-
possibile est enim, quod ex consilio, &
electione Patris procedat Filius in ea-
dem substantia; consilium enim & ele-
ctio sunt in ijs quæ possunt non esse, in
quibus substantia non est eadem geni-
toris & geniti, cum genitor præexistat.
Cum verò Filius sit ipsa Patris essentia,
& sapientia, & voluntas; intelligi non

potest, quòd ex libero arbitrio Patris
procedat. Hoc idem argumentum re-
petit 2. Dialogo de Trinitate, deque re
eadem multis differit. Respondet au-
tem eo loco, volitionem & nolitionem
habere locum in operabilibus, non au-
tem in generatione diuina: *Et causam*
(inquit) *quærentibus responderi solet,*
quod quibusdam celebre est & decanta-
tum; Natura consulebat, cui leges non
sunt curæ: additur autem quòd consili-
um, inconsiderantiamquè nihil curat.
Quibus significatur, naturam non esse
ignaram, sed tamen non consultare de
agendis, eò quòd impetu feratur in o-
perationem. Ideoque S. Cyrill. adie-
cit naturam non modò leges non respi-
cere, sed neque consilium, aut incon-
sultum. Et statim doctissimè subiicit:
Annon tibi viderer rectè intelligere, si
responderem, quòd quacunque est sub-
stantialitèr Deus ac Pater, non ex in-
cremento iuxta voluntatem habet con-
uersus ad præstantius, neque volunta-
tis modo obtinet quòd sit Pater? His
quippe declarat Sanctus Cyrillus Pa-
trem non generare propter finem ali-
quem, quod est conuerti ad præstanti-
us; quod enim sic operatur, incremen-
tum habet ex propria operatione; quia
perficitur, dum finem assequitur; &
hoc est obtinere aliquid modo volun-
tatis, scilicet deliberando & eligendo
media ad finem. In eo ergo sensu rectè
negat Patrem generare voluntate. Hac
etiam ratione Sanctus Athanasius Epist.
contra eos, qui dicebant Spiritum San-
ctum esse creaturam, compellat illum
naturalem Spiritum Patris, & Filij, hoc
est, naturalitèr procedentem.

Eandem obiectionem Hæreticorum
refellit Sanctus Gregorius Nazianzenus
oratione tertia Theologa: *Vel volens*
(inquit) *Filium genuit, vel nolens:*
Et statim: *Si enim nolens* (inquit);
vim ergo ei allatam necesse est. Et ite-
rum: *Si autem volens; ergo Filius vo-*
luntatis est Filius. Quibus inter alia
id etiam responsum reddit S. Gregor.
Nazianz. *Pater itaque vel volens Deus*
est, vel nolens. Et post pauca: *Si volens,*
quando velle capit? Non enim prius quàm
esset. Et iterum: *Quòd si nolens, quis eum*
coegit ut esset? Videtur ergo S. Greg.
idem veritum esse quod S. Cyril. ne al-
terū illorū permittendo, æquiuocatione
nominum

tas, nō proce-
dit ex libero ar-
bitrio Patris,

Idem alibi
Respondet vt
suprà.

Confirmat ex
pñuciato quo-
dam celebri.

Natura nō est
ignara, attamē
non consultat
de agendis,

Idem.

Quòd opera-
tur propter fin-
em, incrementū
habet ex pro-
pria operatio-
ne.

S. Athanas.
consonat con-
firmationi.

7.
Nazianzen.
proponit dictū
arg. seu quæsi-
tū hæreticorū.

Respōdet que-
rendo aliud si-
mile, neutram
partem quæsi-
tū permittens cū
S. Cyrillo,
ob rationē dā-
dam num. 10.

S. Cyril. Hierosol. Respondet. vt num. 6.

8. Similiter S. Hilary 1. locus.

Enarratur a S. Thoma.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

9. S. Hieron.

Cerealis Episcopus.

10. S. Ambros.

Liberum usurpat pro voluntario vt opponitur coacto.

Idem. Neutrā par-tem quæ sit p- mittit.

nomini. suspicionem erroris faceret. S. quoque Cyrill. Hierosol. cat. 11. neque ignorantiam ait ibi intercedere, neq; deliberationem.

At verò S. Hilar. in libr. de Synodis definitione 5. sic ait. *Non enim nolente Patre, vel coactus Pater, vel naturali necessitate inductus, cum nollet, genuit Filium.* Per quæ verba satis apertè significat Patrem volentem quidē genuisse; quia non nolēs, neque coactus, nec etiam naturæ necessitate inductus, vt quædam à natura nobis insunt, siue placeant, siue displiceant; generat ergo libens & volens. Ita enim S. Thomas enarrat hunc locum 1. p. q. 41. art. 2. ad 1. & in eodē lib. negat S. Hilarius Filiū genitum esse voluntate Patris, vt subijciemus, scilicet voluntate deliberante, & efficiente: Et definitione 24. idem Sanctus Hilarius ait Filium procedere per necessitatem, id est, per naturam. Et definitione 25. de voluntate concomitante.

Idem insinuauit S. Hier. in illud ad Ephes. 1. *Qui predestinauit nos, &c.* Vbi de Filio ait, *semper cum Patre fuit, & nunquam eum, vt esset, voluntas Paterna præcessit.* Neque enim inficiatur in Patre fuisse voluntatem gignendi Filium, sed non fuisse eam voluntatem eligentem, & efficientem vt Filius esset; sicut de rebus creatis dicitur, *Omnia quæcūq; voluit, Dominus fecit.* Quo eodem modo explicandus est Cerealis Episcopus contra Maximū, cap. 9. *Pater (inquit) nec volens, nec nolēs genuit, sed naturā,* id est, non volens libera electione: bene tamen naturali voluntate.

S. Ambrosius lib. 4. de Fide cap. 4. generationem Filij esse voluntariam affirmat. *Ex ore altissimi prodiui, hoc est, non coacti, sed libera; nõ potestati obnoxia, sed natæ generationis arcana, priuilegio dominationis, & iure potestatis.*

Liberum pro voluntario usurpat, vt opponitur coacto. Ita ergo ait Patre volente natum esse Filium, vt potestati eius non sit obnoxius, quasi creatura ex consilio Dei facta, eius addicta seruituti: idcircoque ait Filium Dei fuisse genitum arcana generationis, & cum ipso iure dominandi quod Pater habet. Eodem cap. proposita questione, an Pater volens, aut nolens generet? his respondet. *Nihil in sempiterna generatione*

A *præcedit, nec velle, nec nolle: ergo nec inuitum dixerim, nec volentem; quia generatio non in voluntatis possibilitate est, sed in iure quodam & proprietate paterni videtur esse secreti. Nam sicut bonus Pater non ex voluntate est, aut ex necessitate, sed per naturam: ita non generat ex voluntate, aut necessitate Pater.* Timent ergo Sancti Patres concedere, quod Pater volens generet; ne in eo sensu accipiatur, in quo Hæretici obijciebant, libera electione, & antecedente, efficienteque voluntate fuisse genitum Filium: Ideoque ait S. Ambros. id non fuisse in potestate voluntatis. Sed sanè sicut Pater vult esse id quod est, & bonus esse vult vt est; ita & generare vult, ita tamen vt sicut naturā est bonus, sic quadam proprietate personali sit generans, vt S. Ambros. videtur velle significare.

Denique S. Augustin. in Dialogo 65. quæstionum (si is tamen est Auctoris) quærenti Horosio, voluntatene, an necessitate Pater generet? respondit nec voluntate neq; necessitate: ibidēq; narrat quendam ex nostris Hæretico sic roganti respondisse etiam quærendo, an ne Pater esset Deus voluntate, aut necessitate? quæ quidem responsio antiqua est apud Patres: & eadē repetit Sanctus Augustinus 15. de Trinitate cap. 10.

Sunt autem elucidanda verba quædam Marij Victor. libr. 1. contra Arium. *Est (inquit) lumini, & Spiritui imago, non à necessitate naturæ, sed voluntate magnitudinis Patris,* id est, non coactione naturæ, sed voluntate complacentiæ: nam alio sensu lumen, quod est Deus, habet imaginem ab ipsa natura procedentem; & non à voluntate libera. Et eodem lib. ait omnem potentiam naturalem esse voluntatem: quia scilicet non est coacta potentia naturalis, voluntas dicitur.

Igitur iuxta sanctorum placita sequuntur etiam definitiones Conciliorum; nam in Concilio Syrmienti, anathemate 21. sic dicitur. *Si quis consilio Dei tanquam vnā creaturam factum asserat Filium Dei, anathema sit.* Quam definitionem affert S. Hilar. libr. de synodis, anathemate 24. nisi quod loco nominis, consilio Dei, legit S. Hilar. voluntate Dei. Et ibidē: *Omnibus crea-*

Sancti Patres timent cōcedere, quod Pater volēs generet, ne intelligatur devolutione libera efficiente.

11. S. August. Respōd. vt n. 7

12. Mar. Vict. 1. locus explicatur.

2. locus explicatur.

13. Conc. Syrmie. Habetur apud S. Hilar.

turis substantiam voluntas Dei attulit, sed naturam Filio dedit. Et iterum, Talia enim sunt creata qualia esse ea Deus voluit; Filius autem natus ex Deo, talis subsistit, qualis Deus est. Et item Concilium Toletanum 11. in professione fidei. Filius Dei naturam est Filius, non adoptione, quemadmodum Deus Pater neque voluntate, neque necessitate genuisse credendus est: quia neque vlla in Deo necessitas cadit, neque voluntas sapientiam praeuenit, sed natura. Explicata autem sunt verba conciliorum per duo haec capita: Quod processio diuina sit necessaria, non necessitate coactionis; voluntariaq; non voluntate deliberante. Quod clarè ius constat decreuisse Concilium Sardiense, quod est apud S. Hilarium lib. de Synodis, & confirmatum est à Nicolao Papa, & habetur d. 27. cap. Quod dicitis; vbi definitur Patrem generare non inuitum, hoc est, non coactum, sed libentem. Idem verò de processione Spiritus Sancti, atque de generatione Verbi omninò dicendum est, cum vtriusque æqua ratio existat quoad naturæ necessitatem, in qua sit necessitas sine coactione, & voluntas sine deliberatione. Vide Robertum Bellarm. lib. 2. de Christo, cap. 4.

Conc. Tol. 11.

In processione diuina est necessitas sine coactione: est voluntas sine deliberatione. Conc. Sard. apud S. Hil. d. 27. cap. Quod dicitis.

Bellarmin.

POSTERIOR PARS.

Processio Spiritus Sancti non est dicenda libera.

1. Hæc veritas probata est 1. p.

Contraria sententia est Scot. Gandau.

Scoti loca.

Principiū affectionū illius: Quod natura, quæ est principium operationis, aliquando est principium non assimilans, nec comunicans se, vt voluntas.

Docuimus diuinam processionem non esse liberam; liberū enim esse quod est in electione voluntatis positū, & potest esse, & non esse. Obstat tamen Ioannes Scotus, & Henr. Gand. qui etsi Catholicè affirmant processionē Sp. Sancti esse necessariā, & nullo modo contingētē; contendunt tamen esse liberam. Scotus quidē in 1. d. 7. q. 2. & 10. q. unica, & in quodlib. q. 16. Qua in quæst. art. 2. & 3. mentē suā exponit: illud autē primò decernit, naturam quæ est operationis principium, aliquando dici principium assimilans sibi, & comunicans se, quod propriè natura appellatur; aliquando verò est duntaxat principium operationis, etiam absque assimilatione, & communicatione. Et hoc quidē modo posteriori concedit voluntatem esse naturam; non verò priori modo: asseritq; Aristotelē ita

A distinxisse voluntatem à natura, & naturale à libero, vt in omni operatione voluntas quæ à natura distinguitur, operetur vt libera. Quod multis argumentis confirmat.

B Sed tamen illud iam suprà refutatum est, quòd sit principium aliquod efficiens sine assimilatione & communicatione; quare non scitè distinguit Ioan. Scotus duos illos modos naturæ. Præterea per illos duos modos non satis distinguit voluntatem à natura, vt conatur; quid enim prohibet cum assimilatione libertatem coniungi? vt parentes qui liberè procreant filios: Imò ars per quam assimilamus manufacta, pedit à libera voluntate; & ipsam similitudinem quam effingimus, liberè volumus, & eligimus: non ergo distinguitur natura à voluntate per hoc, quòd natura sit principium cum assimilatione, & communicatione. Verum est, quòd natura est determinata ad vnum, & idè affert determinatam similitudinem; voluntas verò eò est libera, quia est indeterminata, & eligit similitudinem, quam inducat hanc, vel illam. Et hoc quidē differunt.

C Secundò igitur loco, quia dilectio Dei qua se ipsum diligit, est omninò necessaria; vt eam quoque liberam Ioan. Scotus constituat, siquidē est operatio voluntatis, quàm semper vult esse liberam; inuestigat in quo constituenda sit ipsa ratio, notioque liberi? At ergo aliquam operationem posse esse necessariam, si cum obiecto conferatur, quæ tamen comparata cum voluntate non sit necessaria; verbi gratia, diuina dilectio qua Deus diligit se ipsum, vt refertur ad summum bonum dilectum, est sanè necessaria; sed tamen quatenus est operatio voluntatis libera, libera est non necessaria. Hoc autem adhuc distinguit, quia dū operatio hæc consideratur quasi emanans à voluntate, potest intelligi quædam necessitas antecedens in ipsa voluntate, qua necessitate voluntas inducta operetur, & hoc ait esse contra libertatem voluntatis. Potest verò considerari necessitas cōcomitans, quia ipsa voluntas vult operationem suam esse necessariam; & hanc necessitatē nobis permittit Scotus in processione Spiritus Sancti. His similia opinatur Henr. apud Scotum affirmans spirationē esse necessariam, non provt coniungitur cum

2. Refutatur 1. 2. pars principij ex cap. 19 num. 6. Refutatur 2. Voluntas libera potest assimilationē afferre, & cū ea coniungi. 1. Exemplum Secundum.

Natura affert similitudinem determinatam Voluntas similitudinē hanc, vel illā, quam eligit.

3. Circa necessitatem 2. procel. 1. asser. Scoti Quod voluntas sepe est libera: & operatio respectu voluntatis libera, potest esse necessaria respectu obiecti. Exemplum.

2. Assertum. Quod in voluntate nō sit necessitas ad operandū antecedens operationē illi necessaria. 3. Assertum. Quod in voluntate sit necessitas cōcomitans eā operationē. Declaratur.

2. & 3. asser. est Gand. apud Scotum.

cum voluntate, sed prout coniuncta est cum diuina natura.

In his autem videtur pluribus modis errare: primo, quod concedit necessitatem operationis circa obiectum, quā in ipsa potentia negat: obiectum enim in quadam antecedentia, prius cōiungitur cum potentia, quā cū operatione quæ est à potētia ipsa cum obiecto cōiuncta; licet aliās potentia coniuncta cum obiecto, per operationem iterum cū eodē obiecto copuletur. Præterea, operatio quicquid habet, ab ipsa potentia habet; ipsam ergo necessitatem qua cum obiecto coniungitur, habet à potentia. Adhuc verò, necessitas operationis est secundū quod operatio existit: nam quod operatio respiciat obiectum, etiam inuenitur in operatione cōtingēti, & creata; sed quod necessariò existat operatio circa obiectum, à potentia proficiscitur, sicut & ipsum esse operationis: esse enim & necessariò esse ab eodē est. Cū ergo in Deo prius meditemur voluntatem, quā operationem voluntatis; non possumus intelligere operationē necessariam, nisi necessitate quam habeat ab ipsa voluntate, à qua est operatio nostro modo intelligendi.

Illud verò etiam obseruandum est, quod necessitas ex parte obiecti, videtur esse necessitas quoad specificationē; ex parte verò potentie quoad exercitiū, vt aiūt. Quod si nō esset necessitas quoad exercitiū, esset vera libertas; & actus posset esse, & nō esse, & ita processio diuina esset contingens: Quod tamen Ioan. Scotus Catholicè sentiens non vult, cum dicat necessariam esse processionem.

Pecius verò est quod ait, si ea operatio cum voluntate comparetur, necessitatem non antecedere operationem. Si enim in voluntate diuina non est necessitas vt operetur, est cōtingentia, vel libertas ad operari, & non operari: quare etsi ex altero capite dicat Ioan. Scotus Deum se necessariò diligere; hæc tamen esset vera propositio, In voluntate libera Dei est diligere, & non diligere se; & in voluntate eius est non generare Filium; contra definitiones Patrum, & Conciliorum. Profectò verum esset dicere, quod Pater voluntate libera ad vtrumq; generat; in cuius voluntate sit velle, & nolle generare. Si enim non est in vo-

luntate eius necessitas; non est necesse in voluntate eius, quod velit generare; ergo est in voluntate eius velle, & nolle.

Id verò quod adjicit esse necessitatem concomitantem, errorem eundem confirmat; explicat enim quod voluntas ipsa vult illum actum esse necessarium, & ita voluntas præbet actui necessitatē concomitantem, ipsa tamen nullā necessitate inducta. Querimus enim an voluntas velit suum actum esse necessarium, necessariò an libere? si enim hoc necessariò vult, iam necessitate naturali inducitur, nunquam tamen coacta; si verò hoc ipsum non necessariò vult, potest ergo non velle: quod si nollet actū suum esse necessarium, ille nō esset necessarius, vel voluntate inuita necessarius esset; omninò ergo libertas ab ipsa voluntate tollenda est ad hunc actum, & inducenda necessitas. Illud verò etiam cauendum, quod vocant hanc necessitatem firmitatis; firmitas enim est consistentia in proposito: si autem ea sola necessitas in diuina processione esset, non amplius necessaria esset processio personarum diuinarum, quā creaturarum: propositum enim voluntatis diuinæ semper est firmum, & ipse vult firmum esse, liberè tamen vult, & potest velle, & nolle. Quamobrem Scotus non equidem nomine tenus à Theologis plerisque differt, sed de re ipsa discordat. Quod etsi locis recitatis, & in quodlib. quæst. 16. explicet Filium procedere liberè, id est, non coactè, sed sponte: rectè hæc quidem: sed quod operationem cum voluntate cōparatam contendit non esse necessariā, sed aliunde necessariam esse, hoc est quod in illo reprehendimus.

Melius ergo est dicendum cum S. Thom. 1. 2. quæst. 10. art. 2. quod voluntas ipsa libera circa primum obiectū, libera nō est, sed natura; libertas enim fundatur in ipsa natura voluntatis, quæ est ad bonum; primum autem bonum, & finis vltimus est obiectum adæquatū, quod dat speciem potentie: necesse est ergo, quod in omni operatione illud respiciat. Bonum ergo quod non est necessariò coniunctum cum vltimo fine, voluntas non appetit determinatè, sed est indeterminata ad hoc, & illud. Ad vltimum verò finem non est indeterminata,

4. assertum.

Refellitur 1. ex dictis cap. 6. num. 6.

Refellitur 2. Operatio quicquid habet, à potētia habet.

Refellitur 3. Quod operatio respiciat obiectū, etiā in operatione contingenti inuenitur. Quod operatio existat, & necessariò existat, à potentia est.

5. Refellitur 4.

Libertas ex parte potētiae est vera libertas quoad exercitiū, qua actus potest esse, & non esse.

6. 3. assertum.

Refellitur. Si in voluntate diuina ante operationē nō est necessitas vt operetur, est contingentia, vel libertas ad velle, & nolle, contra Patres, & Concilia.

7. assertum. & adiuncta de claratio.

Refellitur efficaci dilemate,

Aliad declaratio quod ea vocatur necessitas firmitatis. Refutatur.

Propositiō voluntatis Dei etiā circa creaturas, semper est firmū, & ipse vult firmū esse, sed liberè.

Scotus re ipsa à Theologis plerisque differt

Contra dicta asserta concl. S. Thomæ: Voluntas circa primū obiectum libera non est, sed natura.

1. Probatio.

Voluntas ad primū bonū, & vltimū finem non est indeterminata.

nata; aliàs esset indeterminata ad obiectum suū adæquatū quod determinat illam.

Liberū est indeterminatum Aristot.

S. Thom.

Obiect.

Occurritur.

Declaratur

1. conclusio supra c. 54. n. 1.

Primi appetit^o circa primū appetibile operatio est necessaria, & ratio totius libertatis consequentis.

9.

2. probatio. ad hominem contra Scotum relatū c. 45. & 50. p. 1. n. 4. 5. & deinceps & c. 51. n. 7. Spiratio si habet necessitatē ab actū volūtatis, habet illā non a se, sed a volitione antecedente, quæ proinde est productiua Sp. Sancti.

Spiratio nō reflectitur, ut eadem spiratio spiraret Deus se spirare; volitio maxime.

10.

3. probatio. Actus voluntatis si inducit necessitatē sibi, prius intelligitur ipse ut per se habens necessitatē, sicut

aliàs esset indeterminata ad obiectum suū adæquatū, quod non potest intelligi; cum obiectum determinet potentiam. Ideoque circa vltimum finem non est libera, quia liberum est indeterminatum, ut docet Aristotel. 1. Ethicor. & S. Thom. 12. & nos aliàs impensius tractabimus. Neque per hoc inducitur necessitas diuinæ voluntatis, necessitas inquam, coactionis aut ex parte agentis, aut ex parte finis; sed illa necessitas quæ est primum, quæ causam non habet, ut Aristot. ait. Ex eo enim quod omne diligibile reuocatur ad primum diligibile, & finem vltimum, quæ est diuina essentia; voluntas diuina per operationē intellectus coniuncta cum primo diligibili, & finē vltimo, infinita vnitāte, necessitate ipsa primi appetitus, cui^o nulla est causa, sed ipse est causa ceterorum, elicit nostro modo intelligēdi operationem omninō necessariam, & nullo modo liberam, quæ est ratio totius libertatis cōsequētis. Quare autē ea operatio, quæ naturalis est, nō sit per modum naturæ, sed per modum voluntatis, superius explicatum est.

Hęc etiam opinio Scoti discordat ab alia eiusdem Scoti existimatione, quod Spiritus Sanctus non procedat de dilectione diuina, sicut nec Verbum de cognitione. Nam si spiratio, qua Pater spirat, est necessaria necessitate inducta per actum voluntatis; ergo actus voluntatis, scilicet diuina volitio antecedens, habet rationem principij inducentis necessitatē spirationi: neque enim potest dici quod ipsa spiratio inducat sibi necessitatē; nam volitio reflectitur, ut eadem volitione velit Deus se velle; sed spiratio non reflectitur, quia Deus non spirat se spirare: ergo hæc necessitas inducitur per antecedentem actum volitionis. Et ita ex sententia Scoti diuina volitio est productiua Spiritus Sancti, quod est cōtra ipsum Scotū; nam cū ab ea volitione spiratio habeat necessitatē, ea volitio pertinebit necessariō ad principium spirandi.

Ex quibus iterum conficio argumentū contra hoc Scoti signētū: nam si ipse actus volūtatis inducit necessitatē sibi, quam scilicet non habet à voluntate, ut potētia libera est; ergo actus ipse, ut inducēs necessitatē, pri^o intelligitur; ergo ipse, ut inducens necessitatē, per se est

A necessarius; ergo à voluntate, à qua est, habet necessitatē, quod Scotus recusat.

At verò art. 3. eiusdē quæstionis Ioan. Scotus ait processionē Spiritus Sancti esse naturalē, scilicet à natura, ut est cōmunicandi, & assimilandi principij: quia Spiritus Sanctus procedit similis in natura; naturam autem ut sic, omninō distinguit à voluntate. Quamobrem: ait hunc modum naturalem operandi esse coniunctum cum diuina voluntate, eò quod ipsa voluntas est natura diuina; ita tamen ut hic modus operandi naturalitèr non antecedit operationem voluntatis, quia euerteret eius libertatem: sed duntaxat concomiteretur operationem. Itaque operatio ipsa notionalis est, inquit, à voluntate, nō tamen ut à natura, sed ut à principio libero concomitante naturali modo operandi ex coniunctione voluntatis ad naturam; ut sicut voluntas diuina habet dilectionem necessariā quia est infinita, ita habet naturalem operationem eò quod ipsa est natura diuina: ita tamē ut nec necessitas, nec mod^o naturalis operādi, siue naturalitas, ut ait, antecedit operationem, ne occupetur libertas.

C Itaque nō solūm existimat necessitatē volitionis non provenire à voluntate, eò quod est libera, quod iam cōfutuimus: Sed credit etiam volitionem nullo modo esse cōmunicatiuā, aut naturalē, quia voluntas non esse natura. Et cū necesse sit concedere spirationem diuinā esse naturalem, qua scilicet cōmunicatur natura, excogitavit quod diceret, scilicet spirationem non esse naturalem, ut à voluntate est, sed ut volūtas est cum diuinā naturā coniuncta.

Tales profectō sunt vanarū opinionum molitiones, quæ nullo connixæ fundamento, quacunque ratione oppugnātur, facilè collabuntur. Primò, falsò credit Scotus voluntatem non cōmunicare se, quia libera est. Nam in quavis actione, etiam libera, est quædam cōmunicatio; quia omne agens dat esse, quod habet; at verò dare esse, est cōmunicare. Deinde immeritò negat actionē voluntatis posse esse naturalem; nam id, quod est ingenitū, & profluens ab essentia rei, necessariō dicim^o naturale: ergo ea actio volūtatis, quæ ab illa necessariō dimanat, naturalis est, ut potè insita ex natu.

& esse à voluntate.

11.

Circa naturalitatem 2. processionis.

1. Assertum Scoti: Quod processio Sp. Sancti est naturalis à natura, & à voluntate non ut volūtas est sed ut cōiuncta, & eadem cum natura.

2. Assertum. Quod in volūtas nō sit ea naturalitas operādi antecedens operationē: sed tantum concomitans.

Declaratur vtrūq; assertum.

12.

Principij de quo n. 1. declaratrix proposi. Quod scilicet volitio nullo modo est cōmunicatiua, aut naturalis, licet spiratio talis sit ut in 1. asserto

13.

Hęc propositio improbat 1. pro vt volitionē negat esse cōmunicatiuam.

Improbat 2. pro vt negat esse naturalem.

natura siue essetia rei. Præterea cum ista accõmodat diuinæ processioni, quã Catholicè confitetur naturalẽ esse, & naturã diuinam cõmunicari per illam; valdè est futile quod ait, voluntatem diuinam coniunctam cum naturã diuina, non esse, sed ex coniunctione, operari naturalem operationem: nam si voluntas ex propria ratione non potest operari naturalitèr, vt Scotus vult, nulla coniunctione hoc habet, vt naturalitèr operetur; quia ratio propria, quæ est definitio, variari non potest. Et confirmatur, quia operatio est naturalis à principio proximo, à quo habet speciem; quia aliàs omnis operatio est à natura, vt à principio principali, & tamen non omnis operatio, quæ est à natura, naturalis est: nihil ergo valet coniunctio voluntatis cù natura, ad hoc vt operatio voluntatis sit naturalis. Idem comprobatur, nam ex sententia Scoti naturale, & liberum maximè differunt, ita vt non possint eidem potentia conuenire, ne dicam, eidem actioni; igitur si operatio voluntatis diuinæ, vt est ab illa, est libera, nulla coniunctione fit, vt sit eadem naturalis, sed erit alia processio naturalis, alia libera, sicut Scotus vult potentiam naturalem, & liberam non esse eandem. Adhuc illud sequitur, vt sicut voluntas cum naturã copulata, operatur naturalem operationem; ita & ipsa voluntas ex coniunctione eadem sit naturalis: modus enim naturalis, qui operationi aduenit, cur non adueniet potentia ex causa eadem, scilicèt ex coniunctione ad naturam? Est ergo saltèm diuina voluntas ex coniunctione ad naturam diuinam naturalis potentia; & operatur vt naturã, quod Scotus negat. Imò & in nobis quoque id permittendum erit, vt quia voluntas copulatur cum natura, cui inest, possit efficere naturalem operationem.

Sed magis adhuc admirandum est, quod addit Scotus, nihil esse in diuina voluntate naturale, quod antecedit illius operationem. Nam si voluntas diuina ex coniunctione ad naturam, nihil habet naturale, saltem in ratione principij, nullo modo potest intelligi quòd etiam sic cõiuncta naturalitèr operetur. Est autem voluntas potentia spirandi, vt cum cæteris Scotus concedit; potentia autem spirandi naturalis est, cum spiratio sit naturalis processio secundum

A fidem Catholicam, qua scilicèt communicatur natura diuina. Ergo aliquid naturale est in diuina voluntate antecedens spirationem, saltem in ratione principij; vel omninò dicendum est spirationem non emanare à voluntate naturalitèr, etiam vt voluntas cum natura coniungitur, quod tamen Scotus iure optimo recusat. Quòd si ille modus naturalis nõ proficiscitur à voluntate; nihil sanè necesse est coniungere voluntatem cum natura; quod Scotus facit, vt ostendat posse dici naturalem spirationem. Et veniendum erit ad maius aliud erratum; vt dicamus diuinam naturã esse quasi partiale principium spirationis, ita vt non media voluntate, sed per se ipsam tribuat illi esse naturale; quæ res plurimis erroribus implicata est: nam si natura diuina esset partiale principium spirationis, esset inter potentias proximas numeranda. At verò in Deo solas duas potentias nouimus, scilicèt intellectum, & voluntatem; neque in Philosophia auditum est, quòd natura, hoc est, essentia, nullã mediã potentiã, operetur. Præterea cum spiratio sit actus voluntatis, vt Scotus concedit, nihil iste actus haberet à natura proximè, nisi illud esse naturale: modus autem intrinsecus, qui à re quapiam non distinguitur, non est à diuerso principio, sed ab eodem à quo res deriuatur: ergo cum spiratio sit actus voluntatis, hoc, quod additur, naturalis, ab eadem voluntate est. Quòd si modus hic naturalis à voluntate est; necesse est, vt in voluntate etiam præintelligatur, quicquid velit Scotus.

Scotus igitur omni conatu elaborat, vt spirationem quam Catholicè dicit esse processionem naturalem, relinquat liberam vt est operatio voluntatis: nam propterea affirmat in voluntate non antecedere aut necessarium quid, aut naturale; & in operatione ipsa spirandi permittit liberum, & naturale, quod in potentia, scilicèt in voluntate, non permittit. At verò nos contra hoc ostendimus, in potentia quidè inueniri naturale, & liberum, ordine quodam; in operatione autem inueniri non posse, vt simul sit naturalis, & libera. Nam potentia est ad actus oppositos, quare eadem voluntas potest operari naturalitèr, & liberè; operatio verò est determinata, & opposita alteri, vt quæ naturalis est, & necessaria, non

1. assertum.
Refutatur. 1.

Si volũtas ex propria ratione non potest operari naturalitèr, nulla coniunctione id potest.

Confirmatur
Refutatio.

Operatio est naturalis à principio proximo, à quo habet speciem.

Refutatur 2.
Ex ipso Scoto naturale & liberam nõ cõuenit eidẽ potẽtiã: vnde minus cõuenit eidẽ operationi.

Refutatur 3.
Sequitur quòd vt operatio, ita ipsa voluntas ex cõiunctione ad naturã sit naturalis potentia in Deo.

Item in nobis

14.
2. assertum.

Refellitur. 1.
Si volũtas ex coniunctione ad naturã nihil habet naturale, saltem vt est principium spirandi, etiam vt coniuncta, nõ operatur naturalitèr.

Si volũtas ipsa non operatur naturalitèr, superflua est cõiunctio illius cum natura.
Refellitur. 2.

Si natura diuina esset partiale principium spirationis, esset potẽtia proxima.

Refellitur. 3.

Modus intrinsecus rei ab eodẽ principio, à quo res, deriuatur.

15.
Scoti sentẽtia recolitur.

Opposita sententia vera.

In potentia inuenitur naturale & liberũ, ordine quodam. In operatione hæc simul non inueniuntur.
Ratio.

non possit esse libera, & contingens.

Aliqui sectatores Scoti cupiunt hac in re illum cum S. Thom. conciliare; quia quod Doctor Sanctus dixit spirationem non esse per modum naturæ, Scotus dixerit non esse naturalem, ut à voluntate est; & verbis illos dissensisse, non sensu. Sed ex superiori disputatione liquet longè discordasse Scotum à veritate, quam S. Thom. tradit planissimè, docens etiã in nobis esse operationem voluntatis naturalem, à voluntate, ut natura est, derivatam: quod capite sequenti explanabimus.

Sed his subiiciunt aliud assertum falsum, & ut videtur, corrigendum, quod ab Scoto accepere in quodlibet. q. 16. aiunt enim liberum propriè, & formalitèr esse, quod operatur ex fine præcognito, etiam sine consilio, & electione, cū operatio est naturalis. Nam Lutherus impurissimus, qui liberum arbitrium è medio tollit, non negat homines esse rationis compotes, qui norint quid faciãt, & ad quos fines res quæque referantur. Quòd si hoc non est satis, ut verè liberi simus, aliàs prædestinati ad malum, ut ille impius affirmat; nõ rectã hoc trutinã isti Doctores pèsarunt. Nõ ergo est liberum dicendum, quod cognoscit finem, & media; sed quod potest operari, & non operari, ut S. August. docet lib. 3. de libero arbitrio cap. 3. quod tomo 2. plurimis confirmabimus. Mittant ergo liberam istam processionem, quæ libera non est, & fateantur cum cæteris Doctoribus naturalem; volutariam quidem, hoc est, voluntate complacete, sed naturali actu voluntatis.

Nihilominus pro Scoti partibus, sciendum est ipsum in quodlibet. q. 16. art. 1. dixisse eodem genere liberi Patrem se diligere, & Spiritum Sanctum producere. Qua ex re nullam causam possunt hæretici arripere dicentes Spiritum Sanctum creaturam; aliàs etiã dilectio, qua Pater se diligit, esset creatura, quia eodem modo est libera. Sed de ipsa ratione liberi non scitè philosophatus est.

Confirmatio.

Confirmatur hæc veritas sententijs Patrum, & Conciliorum decretis, quæ parte capituli prima commemoravimus; idcirco enim Filium non genitum

voluntate negabant, ne cõcederent esse creaturam, si voluntate libera, ut voluntas est, dicerent genitum; ergo nec Spiritum Sanctum fas est dicere voluntate libera procedentem. Et quidè S. August. lib. 1. de Rectis fid. dogmat. dixit Spiritum Sanctum nativa processione procedere: nativa, inquam, non quæ sit natiuitas, sed naturali.

CAPVT LVI.

Argumenta refelluntur.

IN oppositum videtur stare auctoritas S. Hilarij lib. 3. de Trin. de diuina generatione disputantis, *Vt voluit, inquit, qui potuit; ut scit, qui genuit;* quod autè facimus ut volumus, liberè facimus: & idem S. Hilar. lib. de synodis, quòd non naturali necessitate genuit Filium. Et S. Ambros. lib. 2. de fide, cap. 4. asserit generationem Verbi esse liberam; & idè docet S. Thom. de potent. q. 10. art. 2. ad 3. ait enim Deum liberè se amare, & ibidem docet Spiritum Sanctum liberè procedere, & recitat pro eadem sententia S. August. lib. 3. de Ciuit. Dei cap. 10. asserentem necessarium, quod est volutarium, non opponi libero. Pro qua eadè sententia Richardus, & S. Bonavent. cū alijs viris doctis cõmemorantur. Et adhuc S. Thom. 1. p. q. 41. art. 2. ad 3. docet Spiritum Sanctum procedere per modum voluntatis; voluntas verò, ut voluntas est, libera est, ut ipse Auctor docet; ergo procedit per modum libertatis.

Hoc idem probatur argumentis. Primum: Aristot. 9. Metaph. text. 3. 6. & 18. distinguit liberum à naturali; cum ergo voluntas sit potentia libera, nullo modo naturalis est, aut ut natura operatur. Et confirmatur, quia ipsa natura voluntatis est libertas; nihil ergo est à voluntate, quòd non sit liberum.

Secundò: Vna, & eadem potètia vnū habet operandi modum; sed voluntas operatur ut libera; ergo non operatur ut natura.

Tertiò: Quòd aliqua operatio voluntatis sit necessaria, non obstat quominus sit libera; est autem libertas perfectio voluntatis; ergo vtrumque tribuendum est diuinæ operationi, & quòd necessaria sit, & quòd libera. Maior propositio à S. August. statuitur in Enchirid. c. 14. vbi

S. Augustin. explicatur.

1. Obijciuntur auctoritates. S. Hilarij 1. locus.

Secundus. S. Ambros.

S. Thom.

S. August.

Richard. S. Bonau. S. Thom.

2. 1. argum. ex Aristotel

Confirm.

3. 2. argum.

4. 3. argum.

S. August.

16. Rada contr. 13. vult conciliare Scotum cū S. Thoma.

Dissiduum clarum apparet, ut cap. 55. p. 2. num. 3.

17. Scoto cõformis assertio. Rada cit. Liberum propriè, & formalitèr esse, quod operatur ex finis, ac mediõrum p̄cognitione. Iudicatur corrigenda, & Lutherõ liberum arbitriũ negati consona.

Vera assertio. Liberum est, quod potest operari, & nõ operari. S. August.

18. Scoti dictum quoddam.

Ex eo dicto hæretici non possunt colligere Spiritum Sanctum esse creaturam.

19.

vbi docet, quod non posse operari malum, non tollit libertatem. Et idem docet S. Anselm. lib. de libero arbitrio c. 1.

Quartò: Alia distinctio est contingentes, & necessarij; alia verò naturalis, & liberi: operationes autem naturales plures sunt, quæ sunt simul contingentes; ergo etiam poterit esse operatio libera, quæ sit simul necessaria.

Quintò: Voluntas, vt voluntas est, libera est; sed diuina voluntas continetur in notione communi voluntatis; ergo & ipsa, vt voluntas etiam diuina est, libera est; ergo in omni operatione est libera. Et confirmatur, quia diuinus Amor procedit vt donum liberum; ergo liberè procedit.

Sextò: Necessitas operationis voluntatis potest peti ab alijs principijs; nam Deum velle generare necesse est; quia rectum, hoc est; Deum autè rectum esse necesse est, vt ait Henricus Gandauenfis: aut quia voluntas Dei est infinita; vt Scotus ait; ergo hæc necessitas nõ opus est, vt petatur à voluntate, vt natura est, sed ab alijs principijs.

Septimò: Christus Dominus accepto præcepto, vt mortem perpeteretur, necessariò mortem eligebat; liberè tamen, quia erat illud opus summi meriti; ergo operatio necessaria potest esse libera.

Vltimum argumentum sit acceptum à S. Gregorio Nazianz. orat. 5. Theologi Si Pater generat naturaliter, cum eius potentia sit infinita, consequens est, vt generet infinitos filios, quod est impossibile; & hæreticum: ergo voluntate generat vnicum Filium, quem voluit, & nõ alios.

Aduertenda.

Pro argumentorum confutatione inferenda est doctrina à Thom. Caiet. tradita 1. 2. q. 10. art. 1. quod liberum, & naturale non distinguuntur vt res, sed vt cause: & ita eadem res potest esse causa modò naturalis, modò libera. Hoc ergo Ioannis Scoti fundamento diruto, quod scilicet credit potentiam liberam, & naturalem esse species rerum distinctas; tota opinio collabitur. Potentia ergo distinguuntur penes obiecta, non penes liberum, & naturale. Negandum tamen non est id, quod Caiet. loco eodem obseruat; quod voluntas, etiam vt causa libera, vendicat vbi hoc est sit causa libera, ita

A tamen, vt causalitas libera fundetur in natura; & idè habet vtramque operationem, & naturalem, & liberam: sicut intellectus noster est potètia discursiua; quia est illi innatum, vt veritatem ratione inuestiget; ratio tamen, siue discursus petitur à principijs per se cognitis; eadè ergo potentia quadam per se cognoscit, quadam verò ratione deducit; & idè dicitur potentia rationalis, siue discurrens, quia ex principijs absque discursu cognitis, colligit alia per discursum. Ad eundem modum voluntas dicitur potètia libera; quia ex naturali appetitu finis, ad quem est determinata, libera manet ad eligenda media: circa finem ergo est causa naturalis, circa media causa est libera.

His verò adijciendum est, nos nominibus dividere res ipsas, quamobrem ab eo, quod est proprium rei, ducimus nomen eius; dicimus enim hominem rationalem, quia vtitur ratione, hoc est, discursu, & argumentatione; quamuis enim homo intelligat sine discursu principia, quemadmodum angelus, quia tamen hoc est commune illi cum angelo, vt verò ratione est proprium; dicimus hominem non intellectualem, sed rationalem; cum tamen vtroque sit præditus, scilicet, intellectu, & ratione. Et huiusmodi plurima sunt exempla: quamuis ergo voluntas habeat quasdam operationes naturales; quia tamen hoc est voluntati commune cum alijs causis naturalibus, proprium autem est illi agere liberè; ideo voluntatem dicimus liberam, vt voluntas est, non quod duplex sit potentia, vt natura, & vt voluntas; sed quia nomen ipsam voluntatis indicat libertatem. Itaque voluntas vt natura, hoc est, secundum id, quod habet commune cum cæteris causis, quæ nomine naturæ continentur, operatur naturaliter; sed voluntas vt voluntas, hoc nomine indicante id, quod est proprium, non agit naturaliter, sed liberè. Cum igitur dicimus voluntatem, vt naturam, & vt voluntatem, non distinguimus rem ipsam; sed est modus loquendi, quo indicamus id quod habet voluntas commune; & id, quod habet proprium. Aliud verò longè diuersum significat operari per modum naturæ, quod superius enarrauimus.

D At verò contra id, quod arguendo obijciatur, quod libera operatio sit perfectissima

Exemplum intellectus nostri cognoscens per se principia, cui insu per innatu est quod sit discursus ex principijs per se cognitis.

Voluntas ex naturali appetitu finis ad quem est determinata, libera manet ad eligenda media.

2. aduert. Non ab eo quod est commune, sed ab eo quod est proprium rei, ducitur nomen eius.

Exemplum.

Homo dicitur non intellectualis, sed rationalis. Voluntas, vt voluntas dicitur non naturalis, sed libera.

Voluntas vt natura, & vt voluntas non sunt res distinctæ; sed commune, & proprium. Aliud est operari per modum naturæ.

S. Anselm.

4. argum.

6. argum.

Confirm.

7. argum.

6. argum.

ex Gandau.

ex Scot.

8. argum.

7. argum.

9. Vltimum ex Nazianz.

10. aduert. ex Caietano cõtra principiu Scoti cap. 55. p. 1. n. 1.

Liberum & naturale non distinguuntur vt res, sed vt cause.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Voluntati etiã vt res est, innatu est, quod sit causa libera.

Operatio naturalis perfectior est libera, & fundamentum eius.

S. Athan. S. Cyrill. S. Thom.

13. 4. aduert. ex S. Thom.

Voluntas determinata ad bonum, est magis, hoc est, perfectius libera, Ratio.

S. August. S. Anselm.

14. Ad auctoritates.

Ad 1. locum S. Hilarij.

Ad 2. locum. Necessitas naturalis sumitur pro excludente spontaneum.

Ad S. Amb. Liberum pro non coacto.

Ad S. Thom. Liberum pro spontaneo.

15. Replica.

Solutio. Voluntas non est coacta, etiam quando est naturalis.

S. Thom.

Ad 1. arg. ex Aristot.

Respond. 1. ex 2. aduertendo.

suma, dicendum est perfectiorē esse operationem naturalem, in qua fundatur libera, quod docuit S. Athanas. lib. 2. contra Arium, & S. Cyrillus lib. 1. Theauri cap. 7. Nam, ut doctissime monstrat S. Thom. ipsa voluntas libera reuocatur ad naturam, & idcirco tribuimus Deo generationem omni ex parte perfectā, scilicet, quæ non sit coacta, neque sine complacentia voluntatis; nec tamen libera, sed naturalis: & eadem profecto tribuenda est processioni Spiritus Sancti.

Denique aduertendum est id, quod docet S. Thom. 1. 2. voluntatem determinatam ad bonum, & abhorrentem a malo, naturā suā esse magis liberam, hoc est, præditam perfectiori libertate; nam posse peccare est posse deficere, & reuocatur ad impotentiam; quia non est potentia, quæ possit semper facere perfectum. Et hoc est quod S. August. S. Anselm. & Patres frequentèr docent.

Responsio.

Ad primum argumentum ex auctoritate Patrum respondetur, S. Hilarium non significasse liberam Dei voluntatem, dicens, ut voluit qui potuit: sed significasse arcanum illud diuinæ voluntatis qua Pater voluit generare, quod non est minus abditum, quam scientia qua nouit ipsam generationem. Et in alterum locum dicimus, Hilarium negare in Deo naturalem necessitatē, quæ spontaneum excludat. Ambrosius autem accipit liberum pro non coacto, ut ipse explicat. At verò S. Thom. liberum pro spontaneo vsurpauit minus propriè; sed prima parte accuratiùs est loquutus.

Sed obijciunt contra hoc S. Thom. ibi opposuisse liberum coacto, siue violento; quare loquutum fuisse propriè de libero, non de spontaneo. Respondendum est voluntatem id habere ex proprijs, ut non sit coacta, etiam quando est naturalis; tunc enim maximè coacta non est, dum impetu naturæ fertur. Et idcirco S. Thomam docuisse, quod necessarium non euenit potentiam liberam; quam euerteret coactum.

Ad primum argumentum, quo Ioannes Scotus vult, non solum verà conuellerè, sed constituere impossibilia; respondendum per ea, quæ notauimus, Aristot.

At telem distinguere causam liberam à naturali; nusquam verò ponit liberum, & naturale, ut rerum essentielles differentias: quod etsi faceret, adhuc dicendum esset, potentiam liberam distinguere à non libera per hoc, quod potest exercere actum liberum, quem potentia naturalis non potest; sed ipsa potentia libera, non est libera ad primas operationes. Quo pacto intellectus humanus distinguitur ab Angelico, quia est discursiuus; etsi prima principia sine discursu percipiat. Ad confirmationem respondetur, non idem esse voluntatem, & libertatē, ut Scotus vult; nam libertas est nomen abstractum à libero, & significat modum entis, scilicet esse liberum: & ita dicimus libertatem potentia, & libertatē actus, & libertatem operū quæ extra nos sunt; non autem dicimus voluntatem potentia, aut actus, aut operum nostrorum; quare hæc synonyma non sunt; voluntas autem est potentia, quæ potest etiam naturalitèr operari, sicut & liberè.

Ad secundum respondetur negando antecedens, quod vna potentia vnum habet operandi modum; nam intellectus modò simplicia apprehendit, modò componit; modò principijs assentitur, modò conclusiones deducit: operatur tamen potentia sub eadē ratione formali adæquata, quæ in voluntate est bonum apprehensum.

Ad tertium dicimus, operationē quæ est omni ex parte necessaria, non esse liberam, ut contra Scotum ostendimus. Nec S. August. contrarium sentit, quem in notationibus commentati sumus; negamus etiam, quod operatio libera sit perfectior.

Ad quartum respondetur, concedendo non esse distinctionem eandem contingētis, & necessarij; naturalis, & liberi. Est tamen omne liberum contingens in rebus creatis; in Deo autem liberum, etsi non sit causa contingēs, eò quod est causa prima; potest tamen esse, & non esse, ut disputabimus tomo 2. & idcirco liberum, & necessarium semper opponuntur, etiam in Deo: libertas enim est ad plura, non ad vnum.

Ad quintum respondetur, quod more loquendi voluntas ut voluntas, dicitur voluntas ut libera; ut plurimum enim dicimur id velle, quod eligimus; sed tamē, si de re ipsa sit sermo, voluntas ut voluntas

16. 2.

Respond. 2. Ut liberum sit differentia voluntatis, non opus est quod sit libera ad primas operationes: ut intellectus est discursiuus, sed non ad prima principia.

Ad confirm. Voluntas & libertas synonyma non sunt. Ostenditur.

17.

Ad 2. arg. Vna potentia operatur pluribus modis, sed sub vna ratione formali

18.

Ad 3. arg. Respond. ex cap. 55. p. 2. n. 4. & ex 4. aduert.

19.

Ad 4. arg.

Liberum & necessarium semper opponuntur, etiam in Deo.

20.

Ad 5. argum. Respond. ex 2. aduertendo.

21.

22.

23.

24.

luntas non est solùm libera: sed est facultas appetendi bonum, siue naturali impetu, siue deliberando, & eligendo. Et idem dicimus de voluntate diuina. Ad confirmationem respondetur Spiritum Sanctum dici donum liberum; non quia liberè procedit, sed quia liberè datur: hoc enim pertinet ad rationem doni, vt detur liberè; vel vt possit liberè dari, quod lib. 6 declarabimus.

Ad sextum respondetur, quòd necessitas rectitudinis ab obiecto voluntatis petitur; ideò enim Deus rectus est, quia non potest velle malum, aut nolle bonum; & quia ipse est summum bonum, nò potest non se diligere. Necessitas autem, quæ sumitur ab obiecto voluntatis, maxime pertinet ad ipsam naturam voluntatis: est enim voluntas suapte naturâ ad obiectum suum determinata, ac destinata; & hæc operatio diuina petita à rectitudine circa obiectum necessariū, non est libera, vt vult Hæricus Gandau. sed est necessaria. Voluntas verò diuina non ideò habet operationem necessariā, quia est infinita, quod ait Ioannes Scotus: nam Beatorum operatio, qua Deum diligunt, necessaria est, cum tamen sit finita: & dilectio, qua Deus nos diligit, est libera, eaque infinita. Est ergo necessaria dilectio, qua Deus se diligit, ex obiecto necessitate petita, quia diligit infinitum bonum; & ita ex ipsa natura voluntatis, quæ est determinata ad bonum, est dilectio necessaria. Verum est, quòd ipsa dilectio diuina ex infinitate sua est ens necessarium: dilectio enim Beatorum non est ens necessarium, sed contingens, cum possit non existere; dilectio verò diuina est ipsa essentia diuina, & idcirco est ens necessarium: & ipsa dilectio, qua nos Deus diligit, quæ potest non esse dilectio nostri, est tamen ens necessarium: quia non potest non esse diuina essentia. Nos verò loquimur de dilectione, quæ necessariò coniungitur cum aliquo obiecto, quo pacto dilectio Dei erga nos non est necessaria. Dicimus igitur dilectionem necessariam circa aliquod obiectum necessarium non esse liberam; & eius necessitatem negamus prouenire ab alio principio, nisi à naturali propensione voluntatis in illud obiectum.

Ad septimum longissima futura fuisset responsio, si esset tota difficultas tractanda, quæ alio loco disputabitur. Di-

A cimus tamen electionem liberam, qua Christus Dominus voluit mortem appetere accepto à Patre præcepto, sequentia fuisse iudicium liberum, & veram deliberationem; in qua sibi proponebatur illud præceptum, nò vt necessarium, sed quod cum esset còtingens, poterat esse, & non esse. Et ideò voluntas Christi, vt spectabat hoc iudicium, erat verè libera, & ad vtrumuis indeterminata. Itaq; ipsa obedientia, qua præcepto consentit, erat medium ad salutem nostram destinatum; medium tamen non simpliciter necessarium, quia potuit esse aliud medium: deliberans igitur Christus de hoc, & alio medio, liberè hoc elegit, & fuit electio ex hac parte, non necessaria, sed libera; quia potuit illa electio nò esse in sensu diuiso, si præceptum non esset. At verò diuina bonitas proponitur diuinæ voluntati, non vt medium indeterminatum, sed vt finis vltimus, & adæquatum obiectum, ad quod consequitur operatio, non libera, sed simpliciter necessaria necessitate repugnante operationi liberæ.

C Vltimum argumentum Arianorum parui est momenti; aimus enim Patrem generare totum quod potest, quia generat Deum; neque infinita potentia amplius quid potest, quàm vt per illam generetur Deus infinitus. Itaque quòd Filius sit vnus, non refertur ad voluntatem Patris, sed ad potentiā, & naturam; quia totā potentiā suā generando, semel genuit totum, & nihil superfuit generandum. Negatur ergo consequentia, quòd si Deus Pater generat naturalitèr, possit generare plures filios; neque genuit vnū, quia voluit, potens generare plures si vellet: sed potiùs, cum non posset generare nisi vnum; quia Filius genitus adæquat totam potentiā generatricè; hoc ipsum, quod pro natura vtriusque necessarium erat, Pater voluit, non libera electione, sed naturali complacentia, vt dictum est.

CAPVT LVII.

Voluntas concomitans prioritate rationis antecedit originem.

Questio est, quæ vtriusque partis nò minùs doctos, quàm acris ingenij habet assertores; negant enim Alexad. Alenf.

Præceptum moriendi pro nobis proponebatur humane voluntati Christi, vt còtingens, & nullam naturalem connectionem habens cum illa.

Præter obedientiam præcepti potuit esse aliud mediū ad salutem nostram.

Electio obedientiæ potuit non esse in sensu diuiso, si præceptum non esset.

Diuina bonitas proponitur diuinæ voluntati, vt finis vltimus, & obiectum adæquatum.

23
Ad vltimum. Cum non possit generari nisi vnus Filius infinitus, Pater vnus vult nò libera, sed naturali complacentia.

Ad confirm. Spir. Sanctus dicitur donum liberum, quia liberè datur.

21.
Ad 6. argum. Dilectio necessaria circa obiectum necessarium, est necessaria ab eiuſmodi obiecto, atque adeò à potentia naturalitèr in illud propensa.

Nò est libera: còtra Gad.

Non est necessaria ex eo quòd sit infinita: còtra Scoti. Probat. 1. Secundo.

Declaratur.

22.
Ad 7. argum.

1. Negant Alenf. Alenf.

S. Bonau.
Richard.
Gandau.
Capreol.
Ferrar.
Affirmant
Caiet.
Scot.
1. prænót.
In Deo volun-
tatem antece-
dentem liberā,
& effectricem
generationis
negat cū alijs
Patribus
S. Cyrill.

Voluntatem
concomitan-
tem asserit
Idem.

Similiter
Magist.

Voluntas con-
comitans non
est libera, vt
probatum est
cap. 56.

Hic sumitur
proea, quæ nō
est principiu
operationis, sed
cū operatione

Alens. r. p. q. 42. memb. 5. art. 1. S. Bona-
uent. d. 6. q. 2. Richard. ibidem, & Hen-
ric. Gandau. in summa ar. 58. q. 2. & post
istos Ioan. Capreol. d. 6. q. 1. & Francis-
cus Ferrar. r. contra gent. cap. 11. & alij.
Affirmant autem Thom. Caiet. q. 41. ar.
2. & Ioan. Scotus d. 6. q. 1. cum alijs.

Id autem procul abest à dubio, quod
nihil de hac re Patres statuerint, quos
cap. superiori retulimus: cum eis enim
consentimus voluntatem diuinam non
antecedere generationem, nec vt libe-
ram, nec vt efficientem causam; sic enim
explicandi sunt. Quod S. Cyrill. dixit
expressius Dialogo de Trinit. libr. 2. B

*Præterea, & in aliam quandam absur-
ditatem periculosè labuntur, quod dicē-
dum putant de Deo, ac Patre, antiquio-
rem esse voluntatē, quàm Filiū. Sanè an-
tiquitas, temporis indicat prioritatem.
Quo pacto voluntas Dei est antiquior
creaturis. Et post pauca manifestò volū-
tatem concomitantem declarauit. Fue-
rit autem simul Pater Deus, & volens
vt esset Pater; est enim non sine volun-
tate, quod est, neque necessariam in hoc
sustinet volitionem, id est, non volitionē
coactam. Quemadmodum videlicet si in-
telligatur sanctus, & bonus, & volens
esse quod est. Doctè nimirum explicauit
voluntatem generandi ita inueniri in
Patre generante, vt sanctitas, & bonitas,
& cætera attributa; ita vt non prius tē-
pore voluerit generare, sed simul & vo-
luerit, & genuerit; sicut simul Deus est, &
Pater est. Quod fortè à S. Cyrillo hausit
Magist. d. 6. vbi explicat volūtatē an-
tecedentem, vel præcedentem intelli-
gentem, qualiter Eunomius accipie-
bat; & ait, Volens tamen genuit; sicut po-
tens genuit, & bonus genuit, & sapiens
genuit. Quæ sunt similia apud S. Cyrillū.
Probè autē notat ita hæc nomina apud
Patres explicanda esse, vt accipiebantur
ab hæreticis, cū quibus illis res erat.
Quarè Patres cum hæreticis disputantes
accipiebant voluntatem præcedentem,
hoc est, liberam voluntatem gignendi,
quæ esset generationis principium: nos
verò quærimus de voluntate concomi-
tante, quæ scilicet non sit principium
ipsius operationis; quam etiam fatemur
non esse liberam, vt diximus cap. ante-
cedenti. Est ergo hoc loco voluntas con-
comitans illa, quæ non est operationis
principium, sed est cum illa coniuncta,*

sive antecedit, sive sequatur; vt deside-
rium futuræ victoriæ; gaudium de præ-
senti, complacentia de præterita, sunt
volitiones concomitantes.

Hac igitur significatione nunc dispu-
tamus de concomitante voluntate; cum
enim fateamur omnia diuina attributa,
& ipsam voluntatem generandi, & ge-
nerationem simul esse in Patre absque
vlla prioritate rei; more Theologorum
prioritatem rationis, sive ordinem ra-
tionis inquirimus: quo pacto prius intel-
ligimus Deum Patrem, quàm ipsum ge-
nerantem; & prius intelligentem, quàm
volentem meditamur.

Attendendum igitur est id, quod est
nostræ opinionis fundamentum, essen-
tialia in Deo esse priora ratione, quàm
notionalia. In persona igitur Patris cō-
stituta, quam mente præaccipimus ante
generandi actum (est enim actus iste per-
sonalis, scilicet personæ Patris) in illa,
inquam, persona constituta, intelligimus
omnia essentialia attributa Deitatis. Quæ
in re miror sanè nō defuisse nostra æta-
te, qui Patrem constitutum intelligerēt
seclusa voluntate diuina à constitutione
personæ; quasi semideum intelligentem
quidē, sed adhuc non volentem. Quarè
isti non meditantur Patrem volentem
gignere, nisi post Filium genitum; quia
ante Filium genitum non norunt in Pa-
tre voluntatem, de qua re lib. 4. disere-
mus: ergo, quod certum est, in illa perso-
na constituta præintelliguntur omnia,
quæ attinent ad essentiam Deitatis, &
non solum voluntas, sed operatio volū-
tatis; tum quia diuina voluntas semper
intelligitur in actu; tum quod actus ipse
fit quid essentialis, quod non minùs per-
tinet ad constitutionem personæ, quàm
voluntas, cuius est actus.

Quæstio tamen in hoc posita est, an il-
la operatio essentialis, quæ in Patre præ-
intelligitur ante originem, respiciat ip-
sam originem; ita vt origo sit res volita,
sive dilecta per illum actum? an prius
intelligatur origo, & deindè quod sit vo-
lita? aut sanè simul, & volita, & existens
intelligatur?

Quod ergo prioritate rationis diuinæ
dilectio comparata cum origine, vt cum
obiecto, antecedit ipsam originem, ita
vt prius ordine rationis Pater velit ge-
nerare, quàm generet; probatur, quoniā
ea dilectio, sive volitio essentialis est, &
commu-

cōiuncta, sive an-
tecedat, sive se-
quatur.

3.
2. prænót.
Inter Theolo-
gos quæstio
est nō de prio-
ritate rei, sed
rationis.

4.
3. prænót.

Quidā intel-
lexerant Pa-
tren cōstitui
quasi semideū
intelligentem,
scil. sed adhuc
non volentē

Refutantur. 1.

Secundò,

5.
Quæstio præ-
ponitur.

6.
Resolutio tit.
In Deo volitio
generandi cō-
parata cum ge-
neratione, vt
cū obiecto, or-
dine rationis
est prior illā,
Fundam.

Essentialia antecedunt notionalia.

Volitio generandi est essentialis & communis. Ostenditur.

7. Responso Capreoli, & Ferrar. Expenditur.

Dilectio essentialis quae etiam est notionalis, non antecedit generationem. Ratio.

Refutatur responso.

Volitio generandi ita est essentialis, ut non sit notionalis. Ratio.

8. Aduert.

Quod operatio essentialis respiciat aliquid notionale, siue relatiuum, ut obiectum, non facit operationem notionalem. Probatur exemplo. Confirmatur.

communis, etiam ut cum obiecto isto confertur: ergo antecedit. Consequentia est permittenda ex modo dictis, quod essentialia antecedunt notionalia: antecedens autem, quod scilicet haec volitio sit essentialis, & communis, palam constat; dilectio enim, qua personae diuinae diligunt semetipsae, & se ipsas inuicem, essentialis est, ut omnes fatentur; cum nulla persona voluntate, aut volitione ab alia differat, sed sola relatione. Igitur haec dilectio, siue volitio in Patre, cum sit essentialis, antecedit originem.

Ioannes tamen Capreol. & Francisc. Ferrar. credunt se eludere nostrum argumentum; aiunt quippe essentialia, quae continent simul aliquid notionale, non antecedere necessario alia notionalia: verbi gratia, dilectio notionalis est essentialis dilectio, & tamen non antecedit generationem. Et hoc quidem verum est; nam quia dilectio notionalis necessario est actus duarum personarum, scilicet Patris, & Filij, non potest antecedere generationem, qua Filius generatur: sed falsum est, ut modo disputabamus, quod volitio, qua Pater vult generare, sit notionalis, cum sit potius essentialis, & communis, ut commonstrauimus; & nostra haec sententia eodem exemplo comprobatur; dilectio enim, siue volitio notionalis, est operatio cum spiratione coniuncta, & est necessario duarum personarum, & intelligitur post Filium genitum, cum sit actus illius: igitur dilectio, qua Pater vult generare, quae ipsam generationem antecedit, non est actus notionalis; sed sola intellectio Patris est actus notionalis cum generatione coniunctus, ut docuimus.

Aduertendum igitur est quod diximus, actum notionalem eum esse, de quo procedit persona; Verbum autem non procedit de voluntate gignendi; quia iam diximus voluntatem non esse principium villo modo generationis. Quod autem operatio essentialis respiciat aliquid notionale, siue relatiuum, ut obiectum, non facit operationem notionalem; quia dilectio, qua Spiritus Sanctus diligit se, & Patrem, & Filium, non est notionalis, cum tamen eius obiectum notionale sit, siue relatiuum. Praterquam etiam si haec dilectio esset notionalis in Patre, adhuc tamen antecederet originem: & ratio est ante oculos, quoniam

inter ipsa notionalia est ordo. Cum igitur Patri constituto sola adueniat origo, & relatio ut relatio est; quidquid in Patre possumus meditari, ante originem, & relationem cogitandum est. Et idem est de spiratione dicendum; quod voluntas, qua Pater, & Filius volunt spirare, prior sit quam spiratio.

Superest tamen dubium huic disputationi adhaerens. An voluntas diuina sit principium determinans intellectum ad generandum; siquidem prior est ordine rationis, quam generatio? Negantem partem omnino tenere oportet; ratio ea redditur a nonnullis, quod voluntas non antecedit primam operationem intellectus. Et posset quidem responderi, diuinam volitionem non antecedere intellectionem, cum necessario illam sequatur; antecedere tamen generationem, determinando intellectum ad illam. Sed contra consistit ratio eadem; id enim, quod determinat ad operandum, est principium operationis. Voluntas autem non potest esse principium primae processionis intelligibilis: cum ergo generatio Verbi sit prima processio intelligibilis, non potest voluntas determinare intellectum ad illam; quia esset principium illius. Idem etiam probatur, quoniam id potest determinari, quod est dubium, & indeterminatum: intellectus autem creatus circa verum opinabile est dubius; at circa demonstrabile, est adhuc quoad actum exercendum indeterminatus; quia non semper est in actu, sed est in potentia, & potest determinari a voluntate mouente, quoad utrumque; quoad actum quidem cum volumus contemplari, quoad obiectum vero, quia voluntas mouet ad alteram partem assensum nostrum in re dubia.

At vero intellectus diuinus est determinatus ad verum speculabile, ex cuius cognitione Verbum diuinum procedit; atque idcirco non determinatur a voluntate, quoad hoc: neque vero quoad actum, qui est naturalis, & nullo modo liber. Voluntas vero mouet intellectum diuinum, quatenus est agens, ad aliquem finem in ijs, quae sunt libera; non ergo mouet intellectum diuinum ad generandam, cum ea operatio sit naturalis, & nullo modo libera, ut diximus.

De spiratione vero sunt ferè similia asserenda. Principio falsum est, quod

...
Dubitatio appendix.

Resolutio. Voluntas generandi in Deo non est principium determinans intellectum ad generandum.

Probatur. 1. Voluntas non antecedit primam operationem intellectus.

Responso.

Refutatur. Voluntas non determinat ad processionem intelligibilem id est ad generationem, quia esset principium illius.

Probatur. 2.

Intellectus diuinus est determinatus ad verum speculabile: Itè ad eius cognitionem, ex qua Verbum procedit.

De voluntate spirandi.

TT quidam

1. dictum.
Volitio spirandi non est ipsa spiratio.
Probatum est contra quosdam cap. 45. p. 2.

11.
2. dictum.
Antecedit spirationem.
Prob. ex n. 6.

3. dictum.
Voluntas spirandi non determinat se ad spirandum.
Probatum n. 9.

12.
Discrimen inter voluntatem generandi & voluntatem spirandi.

De voluntate, & de volitione spirandi Spiritus Sanctus procedit.

Volitio spirandi est actus complacentiae.

13.
Aduert. profudamento resolutionis tituli.
Volitio, seu complacentia generationis eadem cum diuerso respectu rationis inuenitur in singulis personis diuinis.
Ostenditur.

Exemplum cognitionis intuitiue diuinae eiusdem de se futura, praeterita.

quidam aiunt, voluntatem spirandi non antecedere spirationem, eo quod ipsa volitio spirandi sit spiratio: volitio enim est essentia, spiratio est relatio, vt antea monstrauimus.

Post haec confitendum est voluntatem spirandi antecedere spirationem; sicut & voluntas generandi antecedit generationem. Et illud adijciendum est, quod voluntas diuina non determinat se ad spirandum; eo quod ea, quae sunt incerta, possint determinari; ea vero, quae natura ipsa determinata sunt, determinari non possint: cum igitur volitio, qua Pater, & Filius spirare volunt, non sit libera, sed naturalis, & determinata; non determinatur voluntas ad illam; sed suapte natura determinata est.

Est tamen aliquid quo differant voluntas generandi, & voluntas spirandi; quod voluntas generandi nullo modo est generandi principium; cum verbum naturale non procedat de voluntate, aut de actu voluntatis: at vero cum Spiritus Sanctus procedat de voluntate, & de ipso actu voluntatis, vt docuimus; procedit etiam de eo actu, quo Pater, & Filius spirare volunt; sed non tanquam de actu determinante voluntate; voluntas enim non determinatur, nisi ad eligendum liberè; ad appetitionem autem naturalem determinata est. Quarè & ille actus volendi spirare, de quo Spiritus Sanctus procedit, est actus complacentiae, sicut & voluntas generandi: sed de ipso actu complacentiae procedit Spiritus Sanctus; quia procedit de tota voluntate diuina naturali.

Sed adhuc circa id quod diximus, voluntatem gignendi esse essentialem, aduertendum est quod haec dilectio essentialis, secundum quod respicit personas, diuerso respectu rationis inuenitur in singulis; Pater enim vult generare Filium, ita vt volitio haec sit Patris volentis generare; Filius vero hanc ipsam generationem vult, non tamen vult generare, sed vt Pater generet: generatio ergo Patris est eadem res volita, & volitione eadem à tribus personis; sed cum diuerso respectu rationis in singulis; quo indicatur actum illum generandi esse in Patre, & non in Filio, aut Spiritu Sancto: sicut Deus eadem cognitione nouit rem eandem, dum futura est, dum praesens, dum praeterita; diuerso tamen respectu ratio-

nis; quia dum est futura, nouit rem nobis futuram; dum praesens, praesentem; cuius tamen existentia semper est obiectum diuini intuitus, vt S. Thom. docet.

Quidam vero per negligentiam, & oscitantiam aiunt, voluntatem qua Pater vult generare, & Filius vult gigni esse eandem sola grammatica constructione mutata. Et quidem operatio re ipsa vna est in Deo, vt S. Thom. docet 1. p. q. 30. art. 2. ad 3. Sed nostro modo intelligendi, si operationes ex obiectis discernamus, non est eadem voluntas velle generare, & velle gigni; cum generare, & gigni in Deo sint res distinctae. Igitur velle generare non idcirco est voluntas communis; quia eadem sit in Filio velle gigni; nam, quod perspicuum est, in Spiritu Sancto neutra voluntas est, neque vt gignat, neque vt gignatur. Sed de singulis originibus, siue processibus sunt voluntates discretae, & singulae sunt communes tribus personis: dum enim Pater vult generare, & Filius hoc ipsum vult, scilicet Patrem generare, & Spiritus Sanctus hoc ipsum; eadem est res volita, & voluntas eadem in tribus personis. Et similiter Filius vult gigni, & Pater hoc idem vult, scilicet Filium gigni, & Spiritus Sanctus hoc idem. Et ita voluntas generandi est essentialis, & communis.

Claudamus hoc caput vna notatione, quod voluntas, qua persona procedens vult procedere, ordine rationis, non antecedit processionem, sed consequitur; prius enim intelligimus natiuitatem, quam Filium genitum; ergo prius intelligimus natiuitatem, quam Filium volentem gigni.

Confirmatio.

Quod ista voluntas, qua Pater vult generare, sit concomitans generationem, affirmat S. Thom. de Potentia q. 2. ar. 3. ad 2. & in 1. d. 6. art. 1. & 2. & in 1. d. 6. ar. 2. ait voluntatem antecedentem esse, quae est operandi principium; concomitantem vero eam esse, quae respicit obiectum. Quibus verbis planè docuit in Patre voluntatem gignendi, quae non est principium gignendi, & respicit actum gignendi vt obiectum, esse concomitantem, non antecedentem: quam etiam voluntatem gignendi non possumus non praetelligere ante actum gignendi. Et similiter docent Alexand. Alens. 1. p. quaest. 42. membr. 5. art. 3. S. Bonauent. dist.

sententi, & praeterita.

14.
Quorundam sententia, quod velle generare, & velle gigni distinguatur sola constructione grammatica. Vera sententia. Non distinguuntur re ipsa. S. Thom. Distinguitur tamè ratione ex obiectis distinctis.

De singulis originibus, & processionibus sunt voluntates distinctae, & singulae sunt communes tribus personis, cum diuerso respectu rationis.

15.
Velle gigni in Filio ordinem rationis consequitur natiuitatem.

16.
Voluntatem generandi concomitantem asserit S. Thom.

Hae voluntas explicatur vt n. 1.

Eandem asserunt Alens. S. Bonau. dist.

Richard.

Resolutione
itali conir-
mant
Caiet.
Scotus.
Rada.
Sumel.
Salmanti-
cerfes.

Conc. Syrm.
à S. Hilario
relatum, ean-
dem indicat.

Confirmat
S. Iustini
i. locus.

Secundus.

S. Cyril. Hie-
rosol.

Obijciuntur
auctoritates
Coc. Tol. i. i.
S. August.

S. Thomae
i. locus.

dist. 6. q. 2. & Richard. ibidem. Quòd au-
tem hæc voluntas prioritate rationis
antecedat originem, non vt principium
illius, sed vt essentia Patris à quo est ori-
go, existimat Thom. Caietan. i. p. & Io-
annes Scotus in 1. dist. 6. q. 1. & Rada
controuerfia 12. ac Sumel, testantur esse
còmunem opinionem Salmanticensium
Theologorum, quibus plurimum defe-
rendum est. Et nonnihil confirmatur ex
verbis Concilij Syrmienfis cap. 26. siue
anathem. 23. & refertur à S. Hilario 2.
libr. de Synodis, *Neque enim Pater no-
lens genuit Filium; sed mox vt voluit, ex
se Filium genitum demonstravit.* Nam
etsi hæc quæstio, quæ subtilis est, & non
adeò fidei propugnandæ necessaria, non
tractaretur in Concilio; sed illa altera,
vtrum Pater volens, aut nolens gene-
rit? tamen ea verba, quibus constitutum
est volentem genuisse, indicant volun-
tatē antecessisse generationi, *mox* (in-
quit) *vt voluit.* Confirmatur verbis S.
Iustini contra Triphonem, pag. 95. *Da-
uid* (inquit) *ante solem & lunam eum ex
utero nasciturum iuxta Patris volun-
tatem predicavit.* Quod autem est iux-
ta voluntatem, siue ad voluntatem, &
placitum alicuius consequitur, non an-
tecedit voluntatem. Et pag. 135. ait Fi-
lium siue potentiam (vt vocat) genitam
ex Patre vi, voluntateque eius; quod
non est interpretandum ita, vt voluntas
fuerit principium generationis: sed sanè
quòd antecesserit, S. Iustinus existima-
uit. Idem videtur sentire S. Cyril. Hie-
rosolym. lib. cat. 11. *Deo* (inquit) *Patre
generante neque ignorantia intercedit,
neque deliberatio.* Vbi apertè docet Pa-
trem scientem generasse; ergo & volens
generavit: aliàs sciuit generationem, &
non placuit illi.

CAPVT LVIII.

Argumenta refelluntur.

Contrà videtur posse nobis obijci
auctoritas Concilij Toletani. 11. in
professione fidei, *Voluntas sapientiam
non præuenit, sed natura.* Quod à S. Au-
gust. credimus acceptum in Dialogo 65.
quæstionum q. 2. & 7. At verò S. Thom.
de Potentia q. 2. art. 3. ad 2. de genera-
tione Filij ait, *Respectu eius non est vo-
luntas præcedens, nec tempore, neque*

A *intellectu:* Vbi prioritatem quoque in-
tellectus negat. Et hoc ipsum putatur
sensisse 1. p. q. 41. art. 2. vbi hanc volun-
tatem concomitantem vocat; concomi-
tans autem non præcedit, sed simul est.

Et probatur idem: quoniam id ante-
cedit generationem, quod pertinet ad
generationis principium; sed voluntas
diuina non pertinet ad illud, vt docui-
mus; ergo non præcedit.

B *Secundò:* Intellectio diuina antece-
dit operationem voluntatis, vt liquet:
ad intellectionem autem immediatè se-
quitur generatio; sunt enim operationes
duæ absque medio coniunctæ, scilicèt
intellectio, & generatio: ergo operatio
voluntatis nullo modo antecedit gene-
rationem.

Tertiò: In illa priori cognitione, qua
meditamur Patrem intelligentem, non
possumus cogitare intelligentē sine Ver-
bo; & adhuc non consideramus eius vo-
luntatis operationem, quam absque Spi-
ritu Sancto non possumus etiam intel-
ligere; ergo ordine rationis nullo modo
operatio voluntatis antecedit Verbum.

Quartò: Hæc voluntas prius cognita,
quàm origo, qua scilicèt Pater vult ge-
nerare, aut est efficax, atque adeò simul
est velle, & generare, & non antecedit
velle: aut inefficax, quod de Dei volun-
tate, eaque naturali nefas est dicere.

Vltimò: Non prius Pater est Pater,
quàm genuerit; Paternitas enim funda-
tur in generatione: ergo non prius Pa-
ter vult generare; aliàs prius intelligen-
mus Patrem volentem, quàm Patrem,
quod est impossibile: bona enim est con-
sequentiā à coniuncto ad partes, si est
Pater volens, est Pater, & est volens.

Aduertenda.

D *B* Reuiter aduertendum est, volunta-
tem concomitantem dici eam, quæ
non est principium operationis, sed cui
duntaxat operatio placet, vt doctè no-
tat Thom. Caiet. i. p. quæst. 41. artic. 2.
vt dum pluit, voluntas agricolæ gauden-
tis de pluvia, comitatur effusionem im-
bris, sed non est principium effusionis:
ideoque hæc voluntas, quæ ideò dicitur
concomitans, quia non est principium
operationis; sed cum illa coniuncta, po-
test præire, & simul esse, & consequi; op-
tat enim agricola pluiam futuram, pla-

Secundus.

1. arg.

2. arg.

3. arg.

4. arg.

5. arg.

7.

1. aduert.
Voluntas cò-
comitans ope-
rationem ex-
plicatur, vt e.
57. q. 1.
Caiet.
Exemplum
voluntatis cò-
comitantis, qua
pluiam vo-
luntatis futuram
presentem, aut
preteritam,

Simplicius dicitur voluntas concomitans, eo quod sit concomitans personam operantem.

8. 2. aduert. A Patribus negatur dicitur voluntas antecedens realiter, ut principium generationis.

9. 2. aduert. Volitio generandi quia est circa generationem, a nobis intelligitur post Patrem constitutum, & potentiam generandi.

Ostenditur exemplum dilectionis personarum supponentis personam constitutas. Confirmatur. Pater ut volens generare intelligitur ad aliud.

10. Pater iam constitutus, ac potentia generandi praeeditus, ut cognoscens, ac volens ipsam potentiam, ac generationem quasi possibilem, intelligitur ante generationem actualem.

et ei praesens, gaudet de precedente; & ita voluntas, quae concomitans dicitur, potest esse antecedens, & consequens, & coniuncta. Simplicius quoque posset dici, voluntatem vocari concomitantem; non eo quod sit concomitans operationem, sed personam operantem.

Ceterum quia nominibus utendum est pro re proposita, voluntas antecedens generationem dicitur ea, quae est generationis principium, quam nos minimè ponimus. Sed voluntatem concomitantem dicimus ordine rationis antecedere, ut quid essenziale, & ut cetera attributa antecedunt. De qua re nullus omnino fuit sermo Patribus, ut diximus.

Verum est hoc loco studiosius inspicendum, quod etsi antea docuerimus voluntatem generandi esse essentialem, & communem tribus personis; tamè ex eo, quod est circa obiectum relatum, siue notionale, quod est generatio; ordine quodam rationis consequitur personam constitutam. Itaque etsi ipsa operatio voluntatis pertineat ad constitutionem personae, quia est essentialis; tamen cum hoc addito, velle generare, pertinet ad personam iam constitutam: prius enim intelligimus in Patre potentiam generandi, quam velle generare; neque enim prius intelligitur placitum esse Patri, ut generet, nisi praestelligatur posse hoc: sicut enim ante personas diuinas constitutas non intelligimus Deum diligentem personas, cum tamen dilectio personarum sit essentialis, & communis; ita nec intelligimus Patrem volentem generare; nisi prius intelligamus praeditum generandi potentia. Et hoc ipsum confirmatur, quoniam Pater in constitutione personae intelligitur quasi ad se, scilicet se diligens, se ipsum intelligens: quod autem velit generare, iam intelligitur ad aliud, etsi voluntas ea non sit generationis principium.

Igitur personam Patris iam constitutam cum omnibus attributis essentialibus: post haec intelligitur Pater potentia generatrice praeditus: deinde cogitamus Patrem meditantem ipsam potentiam, & actum generandi possibilem, cum qua cognitione coniungitur voluntas complacentiae, qua placitum est generare: tunc demum sequitur origo: vtrumque ergo antecedit originem, tam cognitio, quam

A volitio; sed de cognitione procedit Verbum, de volitione non procedit.

Responsio.

C Concilium igitur Tolet. nequaquam de questione hac, ut potè minus necessaria, aliquid decreuit; sed contra haereticos, qui voluntatem efficientem, & tempore anteriorem ponebant. Quod si contendas agere quoque cum S. August. de prioritate rationis. Respondetur Concilium, & ipsum S. August. ad originis principium respexisse, ut negarent voluntatem esse principium processioneis sapientiae. At verò S. Thom. de Potentia, neque Verbum facit de questione hac: disputat enim contra haereticos, qui dicebant voluntatem liberam, & efficientem esse principium generationis; de eaque secundum argumentum proponit, deque eadem respondet; ait enim voluntatem diuinam praecedere tempore res creatas, & ipsam voluntatem praecedere operationes aeternas intellectu, siue ordine rationis. Ait (inquam) voluntatem diuinam antecedere operationes aeternas, scilicet eas, quae ad creaturas terminantur, ut est praedestinatio, & huiusmodi; nam ante praedestinationem intelligitur voluntas praedestinati.

Cum ergo (inquit) generatio diuina nec sit res creata, neque ad res creatas terminetur, voluntas non antecedit eam aut tempore, aut intellectu. Quippe de voluntate libera agebat, quae est principium vel rerum creatarum, vel etiam ipsius praedestinationis, quae ad res creatas terminatur; alias nulla esset consequentia, si ex eo, quod generatio non sit res creata, nec terminetur ad res creatas, colligeret generationem non esse a voluntate diuina antecedente: nam spiratio, nec res creata est, neque ad res creatas terminata, quae tamen est a diuina voluntate antecedente, ut a principio formali operationis. De hac ergo questione nihil eo loco mouit Sanctus Thom. sed de voluntate libera differebat, quae semper respicit res creatas, & haec est mens S. Thomae. Potest tamen etiam facile exponi, quod doceat voluntatem diuinam non esse principium generationis, aut eliciens, aut determinans; & ideò scitè dixisse, quod respectu generationis voluntas non antecedit; ut voluntas antecedens sit ea, quae est principium operationis, ut Tho. Caiet. exponit: sed

At de cognitione procedit Verbum: de volitione minimè. I. Ad auctoritates. Ad Cōc. Tol. S. Aug. Respond. ex 2. aduert. Ad 1. locum S. Thomae. 1. Cōmentarius verus. Sanct. Doctor contra haereticos disputans negat voluntatem liberam, quae est principium vel creaturarum, vel etiam ipsius praedestinationis, esse tempore aut intellectu priorem generatione.

D Probatur cōmentarius. Ad 3. Pa. cogit. liget. nera. Ite. ante. oner. ratio. Voli. nalis. teced. tione. Ad 4. Resp.

At de cognitione procedit Verbum: de volitione minimè.

I. Ad auctoritates. Ad Cōc. Tol. S. Aug. Respond. ex 2. aduert.

Ad 1. locum S. Thomae.

1. Cōmentarius verus.

Sanct. Doctor contra haereticos disputans negat voluntatem liberam, quae est principium vel creaturarum, vel etiam ipsius praedestinationis, esse tempore aut intellectu priorem generatione.

Probatur cōmentarius.

Cōmentarius probabilis.

Ad 2. locum ex 1. aduert.

sed verus commentarius absque dubio est ille prior. Quare verò dicat voluntatem concomitantem, duobus modis interpretati sumus, scilicet vel quia concomitatur personam; vel quia non est operationis principium, sed cum operatione coniuncta.

12. Ad 1. arg.

Ad primum negatur antecedens, quòd illud solum antecedit generationem, quod est illius principium; sed id etiam antecedit, quod est cum intellectu antecedenti coniunctum, scilicet ipsa volitio generandi: sicut & in nobis complacentia de re futura non est principium illius, & tamen antecedit.

Etiam in nobis complacentia de re futura non est principium illius, & tamen antecedit.

13. Ad 2. arg.

Ad secundum respondetur concedendo maiorem propositionem, quòd intellectio Patris antecedit volitionem: sed minorem distinguimus, scilicet quòd Verbum sequatur immediatè intellectionem; si enim sit sensus, quòd inter intellectionem, & Verbum nihil est medium, quod ad originem pertineat, verum est; quia Verbum non procedit de volitione, sed immediatè de intellectione: si verò sit sensus, quòd ordine rationis ex parte obiecti non sit medium, hoc negamus; nam ex eo quòd intellectus, & voluntas sunt potentie in obiectis coniuncte; quia voluntas fertur in obiectum cognitum; ad hoc, quod est cognosci, immediatè sequitur diligere, vel odio haberi; & ita voluntas generandi coniungitur immediatè cum cognitione ipsius generationis: quia sicut Pater non generat ignarus generationis, ita nec non volens.

Inter intellectionem & Verbum nihil mediatur, quod ad originem pertineat. At ordine rationis ex parte obiecti mediatur aliud. Ostenditur.

14. Ad 3. arg.

Ad tertium respondetur, quòd bene possumus meditari Patrem intelligentem, non cogitando Verbum; & diligentem, non cogitando Spiritum Sanctum: quia nec Verbum in Deo est necessarium ad intelligendum, neque ad amandum spiratus Amor, ut superius docuimus. Et ita possumus cogitare Patrem volentem ante generationem, nihil adhuc de Spiritu Sancto cogitantes. Verum est, quòd intelligere notionale, quod est dicere, includit Verbum: sed neque nos ponimus volitionem notionalem ante generationem; ea enim volitio notionalis est Patris, & Filij, & non antecedit generationem.

Item volens ante generationem, aut spirationem.

Volitio notionalis non antecedit generationem.

15. Ad 4. arg.

Ad quartum respondetur voluntatem efficacem esse eam, quæ est causa effectrix, & libera, quæ in diuinis proces-

Respond. 1.

A sionibus non potest intelligi: imò voluntas diuina non solum non est causa, sed neque principium generationis. Itaque propriè loquendo neque est efficax, neque inefficax; quia non est principium, quod efficax, aut inefficax dicimus. Preterea respondemus, quòd etsi esset voluntas efficax, posset præire generationem prioritate rationis, ut liquet: sed esset principium illius, quod non est cõcedendum.

B

Ad vltimum respondetur, quòd Pater est nomen personæ, & relationis. Prius ergo est Pater, hoc est, persona, quàm generet: non tamen prius est relatio, quàm generet; quia relatio fundatur in generatione. Eodem modo prius intelligitur velle generare, quàm intelligatur generare, & iam intelligitur Pater, hoc est, persona; non tamen intelligitur Pater relatiuè, nisi præcognita generatione. Hæc autem libro 4. exponuntur.

CAPVT LIX.

Processio diuina aeterna est.

C

Necessitas & contingentia modi sũt existentie. Est quippè ens necessarium, quod necessario existit; contingens, quod potest existere, & non existere. Id autem quod necessario existit, semper durat, cuius durationis mensura est æternitas; duratio autem contingentium rerum non est perpetua, quarum durationis mensura, aut tempus est, aut æuum; & ita necessitas, & æternitas primi entis, quod est Deus, copulata sunt; de necessitate diuinæ processiois disputauimus; superest vt de eius æternitate faciamus quæstionem.

D

Et vt constat ex modò dictis, quia processio diuina est simpliciter necessaria; est quoque aeterna. Hoc ipsum probatur; quia processio diuina, vt docuimus, non est mutatio; operatio autem, quæ non est mutatio, est aeterna; quia est tota simul nullas habens partes vicissitudinis, quæ est æternitatis definitio. Hoc ipsum confirmatur, quia diuina processioe procedit Deus; Deus autem natura est æternus; ergo necesse est, vt sit aeterna eius processio.

In Patre volūtas generandi cū nō sit principium propriū nō est efficax, aut inefficax.

Respond. 2. Etsi esset efficax posset præire.

16. Ad vltimum. Pater vt est nomen personæ, prius est quàm generet, & sic est prius volens generare: nō tamē vt est nomen relationis.

1. Resolutio. Probatur 1. ex necessitate processiois tradita.

In necessarijs durationis mensura æternitas: in contingentibus tempus, aut æuum.

2. Probatur 2. ex definitione æternitatis.

Confirm. ex termino processiois, qui scilicet est Deus.

3. probatio.
S. August.

S. August. lib. 2. de Trinit. cap. 3. probat generationem Verbi esse æternam, eò quòd Pater nunquam sine Verbo, & sine sapientia potuerit esse; cum enim Filius Dei dicatur sapientia Patris, & Verbum Patris; insipientem Patrem diceret, qui ante Filium fuisse Patrem doceret. Sed hæc argumentatio S. August. non est iudicanda falso fundamenta in niti, quòd Filius sit sapientia, qua Pater est sapiens, quòd S. August. aliàs, vt diximus, solertissimè improbat; sed quia propter fœcunditatem Pater non potest esse sapiens sine sapientia genita: sicut æterna est eius sapientia, ita & Verbum æternum, quòd est sapientia genita.

Explicatur.
Licet Filius nō sit sapiētia, qua Pater est sapiens; tamē propter fœcunditatem Pater nō potest esse sapiens sine sapientia genita, seu Verbo.

4. Idem probat. 4. argumēto ad hæreticos.

Aliud argumentum conficit ad hæreticos, qui Patrem quidē agnoscebant ab æternitate, sed Filium negabant fuisse Patri coæternum: Nec enim prius Pater fuisse Deus credendus est, quàm Pater esset: quis enim is erat, qui Deus erat? nonne Patrem dicis? simul ergo Patrem dicis, dum illum Deum dicis: at verò non potuit esse Pater, nisi Filium haberet: semper ergo Pater Filium habuit. Hoc est commune argumentum Patrum contra Arianos; quòd quidē connititur eo asserto, quòd quem Patrē hæretici dicunt, proprietate personæ est Pater; quæ proprietate à persona nec cogitando potest separari. Quòd si Pater æternus, & Filius æternus sit necesse est; vel ergo hæretici negarent Patrem fuisse æternum, vel coæternum Filium agnoscerent. At verò libr. 5. cap. 3. aliud conficit argumentum: nihil enim de Deo dicitur secundum accidens, vt possit esse, & non esse; si ergo Deus Pater est, semper fuit Pater, & intellectu capi non potest, vt Pater sit, & Pater non fuerit: quòd intelligendum quoque est, si paternitas re ipsa in Patre existit; impossibile enim est, quòd in Deo aliquid modò existat, modò non existat; hoc enim est secundum accidens, & cum mutatione. Est verò Deus hominum, & Angelorum Pater iure adoptionis, qui antea non erat Pater; quia hoc nomen adoptionis, in Deo non est res, sed relatio rationis: sed Deus Pater, in quo paternitas existit, non potest non esse ab æterno Pater; quia esset in illo paternitas accidēs: Quòd si ab æterno Pater, habuit quoque æternam prolem.

Pater esse non potuit ab æternitate, nisi Filium haberet.

Idem probat. 5. ex immutabilitate diuina.

Impossibile est quòd Deus sit Pater paternitate re ipsa in Patre existente, & Pater non fuerit ab æterno.

Alia ratio de paternitate ad optionis, quæ in Deo nō est res, sed relatio rationis.

5. Probant. 6. S. Athan.

S. Athanasius lib. 5. de vnita substan-

tia Trinitat. & S. Cyrill. lib. 1. Theauri cap. 8. & libr. 12. Dialogo de Trinitate firmissimum huius rei argumentum affert, quo eodem vtitur S. Thom. 1. p. quæst. 42. art. 2. Quia Pater non proficit tempore, vt hoc posset, quòd antea non valebat; ergo ad potentiam Patris pertinet, quòd ab æterno genuerit: cum enim generatio sit naturalis, non libera, si ab æterno potuit, ab æterno genuit.

S. Cyrill. S. Thom.

Cum generatio sit naturalis, si Pater ab æterno potuit, ab æterno genuit.

6. Obiectio hæreticorum.

Vnde refellitur hæreticorum argumentum quærentium, vtrum Pater semper genuerit, an cessauerit iam à generatione? nam si semper gignit, nunquam tandem perficit, quòd gignit; si verò cessauit, non est generatio æterna. Quibus respondendum est semper Patrem generare, & semper esse perfectum, quòd generat; quia generatio æterna est tota simul, & non est in ea ante, & post; quia quòd est æternum, non habet partes successionis, vt diximus. Pulchro autem exemplo hoc illustrat S. Cyrill. 1. lib. Theauri cap. 6. & 7. docens Verbum intellectus, quòd est proles ipsius, semper in ipso manere: & sicut est perfectio maxima semper intelligere, & nunquam ab intelligendo cessare: ita est perfectio Patris semper gignere Verbum suum, & nunquam à generatione vacare.

Solutio. Pater generat semper sempiternitate æternitatis, quæ est tota simul.

S. Cyrilli exemplum.

Est perfectio intellectus semper intelligere.

C perfectio Patris semper gignere Verbum suum, & nunquam à generatione vacare.

Quo loco aduertendum est æternitatem continere differentias temporum per excessum; non quòd in æternitate sit tempus præteritum, & futurum; sed quia est extra tempus ipsa æternitas; & quia temporis differentia simul cum æternitate inuariabili existunt: Hoc ergo falliebantur hæretici, quòd generationem diuinam metiebantur, aut tempore, aut temporis momento; si enim in momento dicimus esse absolutam generationem: ergo iam nunc non est generatio, sed cessauit, & æterna non est: si verò tempore perpetuo durat, nunquam tandem existet res genita, quæ adhuc gignitur, quasi non sit genita. Errabant autem non considerantes ipsam generationem ita esse æternam, vt est Deus æternus, eò quòd sit immutabilis: & idcirco sicut dicimus Deum fuisse, & esse, & futurum esse, ita & genitum dicimus Filium Dei, & gigni, & gignendum esse, vt significetur æterna generatio, quæ omni tempore necesse est existat.

7. Aduert. contra hæreticos. Diuina generatio æterna est, eò quòd immutabilis.

Si est absoluta momento, iam nunc non existit.

Si tempore perpetuo durat, res genita nunquam existet.

Hinc

8. Dubitatio ap-
pendi x.
Ratiq dub.

In eternitate
cōtinēt ur dif-
ferentia tēpo-
rū per excessū.

Referente
Magistro:
Filiū Dei
semper gigni
affirmat
Origen.
Negat
S. Gregor.
Sed semper na-
tum dicit, cū
S. August.

S. Thomae
cōmentarius
in hos Patres

Ratio pro
Origene.

Ratio pro
S. Gregor.

Resolutio.
Filius Dei me-
lius dicitur se-
per natus, quā
semper nasci.
Ostenditur 1.

Ostenditur 2.
ex S. Greg.

9. Non legimus
in sacris literis
Filiū sem-
per nasci.
Legimus autē
fœcula natum,
Psalm. 109.
Item semper
genitum esse,
Psalm. 2.

Hinc verò oritur disceptatio inter Patres; Vtrum melius dicatur Filius genitus esse, an potius gigni? Etsi enim vtrumque verè dicatur & præterito, & præsentī tempore; rectius tamen vno, aut altero dici, potest accidere. Sed tamen, quia in æternitate cōtinentur differentia temporum per excessum, verè possumus prædicare de Filio, quòd natus sit, quòd nascatur, quòd sit etiam nasciturus. Conciliat autem Magist. diuersa Patrum placita verbis tenus disidentia in 1. d. 9. Nam, vt ipse refert, Origenes in Ioan. 1. affirmat Filiū semper gigni. At verò S. Gregor. libr. 29. Moral. cap. 1. negat posse nos dicere Filium semper nasci, docetque dicendum esse, quòd semper sit natus: quem modum loquendi seruat S. August. Psal. 2. in illum versiculum, *Ego hodie genui te*. Obseruandum est autem cum S. Thom. ibidem, & 1. p. quæst. 42. art. 2. ad 4. quòd cum generatio sit æterna, ipsa existentia generationis æterna est, perpetuòque existit diuina generatio; & quia actualis existentia significatur per tempus præsens, apud Origenem Filius semper nascitur. Est autem eadem processio perfecta, quæ perpetuò attingit perfectum terminum: & quia dum res fit, videtur esse inchoata, & nõ perfecta, ait S. Gregor. cum S. August. Filium semper natum. Sed melius loquuntur S. Augustin. & S. Gregor. quia in eo quod aiunt, semper, indicant existentiam actualem generationis; & in eo quod aiunt, natus est, significant perfectum esse eum, qui nascitur: Origenes autem dum ait semper nasci, non significat perfectum esse, quòd nascitur. Ipse verò S. Gregor. cum dixisset Filium ante fœcula natum; adiecit verius dici semper genitum, ne significetur solum præteritum tempus in eo quod est, ante fœcula, & natus; vtrumque enim indicat præteritum: sed semper genitum dixit, vt & perfectionem nati, & perpetuitatē generationis ostenderet.

Dictum Origenis, quòd Filius semper nascatur, non legimus in sacris literis. Sed legimus, ante fœcula natum; & ita conuenit Propheta in eo loco Psal. 109; *Ante luciferū genui te*: Et semper genitum esse iudicatur in alio Psal. 2. *Ego hodie genui te*, hodiè enim æternitatem commonstrat, vt interpretatur

A S. Augustin. & S. Ioan. Chrysof. hom. 2. ad Hebræos, quasi dicat, Semper genui te, & S. Cyrill. Hierosol. cap. 11. *Hodie (inquit) non recens, sed perpetuum*. Sed potest quoq; dici quòd ante fœcula gignitur, vt permanentia generationis ab æterno significetur; Origenes enim dixit Filium semper gigni, sed nõ dixit ab æterno gigni. In quo sensu est locus insignis Psalm. 71, *Ante solem permanet nomen eius*. Verbum Hebræum, *Innon*, ducitur à *Nin*, quòd significat Filium, vt notat Paul. Burgens. d. 9. cap. 10. & auctoritate Rabbiorum confirmat; quasi, latinitate verbum hoc donādo, dicamus, *Ante solem filiabitur nomen eius*. Est ergo verbum futurum cum tempore præterito coniunctum, *Ante solē filiabitur*, vbi & permanentia generationis in verbo futuri temporis, & æternitas antea cō tempore indicatur, cum dicitur, *Ante solem*.

B *Confirmatio.*

EX iisdem autem locis constat generationem diuinam esse æternam; & ex illo loco Michæ 5. *Egressus eius ab initio*, quòd de eadem generatione antea declarauimus. De processione autem Spiritus Sancti idem Catholici cōfitemur. Consentiant Patres, quos cap. sequenti commemorabimus: estque ea veritas definita in Symbolo S. Athan. dum dicitur, *Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus*. Nisi enim esset æterna processio, non esset æternus is qui procedit. Rectè ergo Theodetus Episcopus Anigranus oratione ad Synodum Ephes. 6. cap. 10. & legitur tomo 1. Conciliorum, dixit Filium ideo splendorem prædicari, quia est luci, à qua dimanat, coæuus, siue coæternus, quòd proloquium à Patribus sapius decantatum est.

Sunt tamen exponenda verba Tertulliani lib. contra Hermog. *Et Pater (inquit) & iudex Deus est; non tamen ideo Pater, & iudex semper, quia Deus semper*. Vbi videtur asserere, quòd prius fuerit Deus, quàm Pater; non ergo fuit ab æterno Pater. Dicendum tamen est Tertullianum loqui de Paternitate adoptionis, quam coniungit cum iuris dicendi potestate. Est enim Deus in tempore per gratiam suam Pater, & per dē-

S. August.
S. Chrysof.
S. Cyril. Hi-
erosol.
Potest dici an-
te fœcula gigni

Psalm. 71.

Paul. Burg

10.
Michæ 5.
Declaratur e,
8. num. 13:

Symbolum
S. Athan.

Theodetus.
Filius dicitur
splendor, quia
est luci à qua
dimanat, cog-
terous.

11.
Tertullian.

Explicatur de
Paternitate
adoptionis,

licta nostra iudex, vt ibidem Tertullian. annuit. At verò de Paternitate, quæ est proprietas personæ, ipse Tertull. libr. 6. cõtra Praxeam, æternam esse significat, dum Catholicè cõfiteretur semper in Patre extitisse sermonem, hoc est, Verbũ, & nunquam separatũ à Patre, iuxta illud Ioan. 10. num. 30. *Ego & Pater vnũ sumus.* Quibus verbis cõmonstrat Tertullianus cõternitatem Filij cum Patre.

Ex dictis faciliè est respondere hæreticorum per antiquæ obiectiõni; negabant enim quicquam gigni posse, quod non esset tempore, & duratione posterior: Quod argumentum futile est, vbi generatio est æterna. Hoc autem non solum fides docet, sed Philosophus scriptum reliquit 8. Phys. text. 13. quod æterna possunt habere causam: & 6. Ethicor. cap. 3. quod non repugnat æterno generari: ergo etiam ex mente Aristot. infirmum est argumentum, genitum esse tempore posteriorem, atque adeo non æternum.

CAPVT LX.

In processione diuina est ordo naturæ.

Circa æternitatem diuinæ processions succedit alia quæstio: Vtrũ cum æterna processione cõueniat prioritas aliqua realis, ita vt Filius, etsi sit Patri cõternus, sit tamen illo posterior reali posterioritate? & quia ordo est cum prioritate coniunctus, & ex ipso ordine processions sunt qui arguãt prioritatem realem; de ipso quoque ordine quæstio non absre connectenda fuit.

Quod in processione diuina sit ordo naturæ affirmant S. Augustin. & S. Thom. 1. p. quæst. 42. art. 3. & in 1. d. 12. art. 1. & de Potent. q. 10. art. 7. & omnes Doctores Theologi consentiunt. Est igitur explicandum quid sit ordo, & quid sit naturæ ordo. Ordo autem, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 1. & in 1. d. 20. art. 3. continet tria, distinctionem, ordinem, & prioritatem: quare illud certum est, non esse ordinem realem, vbi non est realis distinctio; attributa ergo diuina, quia sola ratione distinguuntur, solo ordine rationis dignoscuntur; & ita intelligimus ordinem inter intellectum diuinum, & voluntatem; at

A verò inter personas diuinas, quæ sunt res distinctæ, est ordo realis, vt dicemus.

Sunt autem duo obseruanda cum S. Thom. 1. p. & in sentent. alterum est, quod ordo naturæ dicitur, non quo natura diuina ordinata sit, ordo enim est distinctorum, ita vt ea quæ sunt ordinata, sint distincta: natura autem diuina nõ est à se ipsa distincta; ergo neque ordinata. Sed dicitur ordo naturæ, quia natura est principium processions, in qua est ordo. Sicut ergo S. Ioan. Damasc. generationem vocauit opus naturæ; ita & S. Augustin. ordinem naturæ dixit. Vnde Richard. d. 20. q. 4. docet quod non est ordo naturæ, vt inter naturam, & naturam sit ordo, cum vna sit natura diuina; sed est ordo processions, cuius natura est principium: De eadem re S. Thom. d. eadem quæst. 1. art. 3. Alterũ est, quod melius dicitur ordo naturæ, quàm ordo essentiæ, vt docet S. Thom. 1. p. q. 42. art. 3. ad 4. & in 1. d. 20. art. 3. ad 6. quia essentia non significatur vt principium processions, quo pacto significatur natura.

Sed contra hoc occurrunt verba Aristotel. 8. Physicor. text. 15. *Infinitum (inquit) ad infinitum nullam rationem habet; ordo autem omnis ratio est.* Quibus conficitur vt cum ordo sit ratio, & ratio non sit infiniti ad infinitum, quod nõ sit ordo infiniti ad infinitum; sed Pater æternus est infinitus, & Filius infinitus; ergo vnus ad alterum non est ordo. Respondendum tamen est inter duo infinita non esse ordinem; quia nec successione temporis, neque generatione vnum infinitum de alio oriri potest, hoc est, vna natura infinita de alia natura infinita; Pater autem, & Filius non sunt duo infinita, sed vnum infinitum; eadem enim infinitate est vterque infinitus, vt lib. 3. dicemus. Et ideo bene potest esse ordo vnus ab alio; non tamen vnus naturæ infinitæ ab alia natura infinita, vt modò disputabamus.

D His, quæ certa sunt, constitutis, inuestigandum est, quid sit ordo? compertũ est autem ordinem simul cum principio, & principiato copulari; est enim principiatum à suo principio ordine quoddam. Quare etiam ordo, sicut & principium, coniungitur cum priori, & posteriori; est enim ordo prioris, & posterioris;

Idem.

Ioann. 10. num. 30.

12. Obiectio hæreticorũ, scilicet genitũ esse tempore posteriorem generatẽ. Refellit ex Aristotel. Primus locus

Secundus.

2. Resolutio tituli assertur à S. Augustin. S. Thom.

Idem. Probatur ex aliquib' certis

1. certum. Non est ordo realis, vbi non est realis distinctio.

3. Ex S. Thom. 2. certum. Naturæ ordo dicitur, nõ quo diuina natura ordinata sit: Sed quia est principium processions in qua est ordo. Declaratur.

Richard.

S. Thom. 3. certum. Melius dicitur ordo naturæ, quàm ordo essentiæ. Idem. Ratio.

4. Obiectio ex Aristotel.

Responsio. Inter duo infinita non est ordo.

Pater & Filius sunt vnum infinitum.

5. Pro explanatione: 1. obseruatio. Ordo cõiungit cũ principio, & principiato. Item cũ priori, & posteriori.

S. Thom.

6. Dubium.

1. assertum.
Hæc tria rela-
ta, scilicet, princi-
cipiū, ordina-
tū, & prius, nō
sūt synonyma
De 1. & 2.
probat. De 2. & 3.
probat. 1. Probat. 2.

2. assert. cōfect.
Sunt inter se
ratione forma-
li distincta.

7. Obiect.

Responsio.
1. aduert.
Ordo latè put-
idè quod rela-
tio, est genus,
& eiusdem ap-
pellationis.

2. aduert.
Ordo propriè
distinguitur à
relatione prin-
cipij, vt speci-
es opposita, nō
vt genus.

Ratio 1.
Principiū an-
tecedit ordinē,
non sic genus
speciē, sicut
Arist.

Ratio 2.

3. aduert.
Ordo propriè
est gen^{us} ad pri-
us & posterius
Ratio 1.
Ratio 2.

rioris; principium enim prius est, & principiatum posterius, vt docet S. Th. 2. 2. quæst. 26. art. 1. & 1. p. q. 21. art. 3. & q. 43. art. 3.

Inquirendum igitur statim est, Vtrū ordo distinguatur à ratione formali principij, aut prioris? & postquam stauerimus esse quid distinctum, quid tandem sit ordo disputabimus. Primò constat hæc non esse synonyma; non enim idem est principium, & ordinatum; principiatum enim est ordinatum, & nō est principium: quare neque idem est ordinatum, & prius; nam posterius quid nō est prius, est tamen ordinatum. Imò ordinata videntur dici eadem appellatione relata; de qua re postea agem^{us}: principium autem, & principiatum, prius, & posterius sunt diuersæ appellationis. Quare non dubium est hæc tria relata, scilicet principium, ordinatum, & prius, esse inter se ratione formali distincta.

Sed posset quis dicere ordinem esse genus ad hæc; & idcirco in omnibus simul inueniri, tam in principio, quam in principiato, & in priori, & in posteriori; & posse esse eiusdem appellationis: sicut ratio, quæ est genus, eadem appellatione dicitur de relationibus disquiparantia, quæ sunt diuersæ appellationis; quia, verbi gratia, tam paternitas, quam filiatio est eodem nomine generico relatio. Sed & hoc refellendum est dummodo aduertamus omnem relationem solitam esse dici ordinē; qua significatione relatio, & ordo sunt synonyma. Nos verò agimus de ordine propriè dicto, qui est cum principio necessariò coniunctus. Quòd autē ea relatio, quæ est propriè ordo, distincta sit à relatione principij, & prioris, ita vt non sit genus; ex eo liquet, quòd ordinem rerum ducim^{us} ab aliquo principio, quare principium antecedit ordinem; species autem non antecedit genus, imò genus speciē antecedit, vt Aristotel. docet, neque genus petimus ab specie, sicut ordinem à principio deriuamus. Præterea ordo est quedam species relationis, quæ consequitur principium: nam ordo addit aliquid principio, genus autem non addit speciē, sed potius species addit generi differentiam. Neque verò ordo est genus ad prius, & posterius: nam ordo est realis relatio; prius autem, & posterius relatio rationis. Præterea ordo antecedit non solum in specie, sed etiam in indiuiduo rationem prioris, & posterioris: prius enim intelligimus hunc ordinem rerum designatum, deinde aduertimus quæ priora sunt, quæ posteriora, quæ est relatio rationis consequens; est ergo ordo species relationis distincta à ratione principij, & prioris, quasi species opposita, non quasi genus.

Adhuc tamen curiosius aduertendum est, quòd ordo dicitur relatiuè, & absolute: sicut etiam principium, & principiatum: prius quoque, & posterius absolute dicuntur, & relatiuè. De principio certa est hæc sententia, vt antea docuimus; fundatur enim relatio realis principij in aliquo absoluto, sicut relatio causæ in causalitate. De priori, & posteriori, idem est necessariò dicendum; pars enim temporis prior, secundum aliquid absolutum est prior; nam secundum esse relatiuum est simul etiam cognitione vt Aristotel. docet. Quare etiam si prioritas sit relatio rationis, tamen hoc etià nomine significamus causam prioritatis secundum esse absolutum; nam aliàs id, quod est prius, secundum esse relatiuum prius non est, sed simul; est ergo prius esse absolutum. Assuetum est autē, vt nominibus relatiuis significemus & ipsas relationes, & res absolutas, quibus relationes fundantur. Similitèr igitur dicendum est, quòd ordo aliquando significat relationem, quādoque autem significat absolutum quid; secundum quod esse absolutum, hoc ad illud ordinatum est: & idcirco dicitur ordo naturæ, sicut operatio naturæ, cuius natura est principium. Quo loco nomen, ordo, non significat relationem, sed absolutum.

Alia adhuc æquiuocatio eruenda est ex hoc nomine, ordinatum, quod ambiguum est; significat enim, quòd sit alicuius prouidentia dispositum, qua nominis significatione dixit S. Thom. q. 2. de Veritate art. 9. ad 2. ordinem esse tantum rationis ordinantis: & 2. 2. q. 58. art. 1. omnem ordinationem à ratione oriri. Et hoc pacto diuinæ personæ non sunt ordinatæ inter se, quia ille ordo nō est à ratione ordinatæ, siue prouidente, vt postea declarabimus. Sed si ordinatum significat id, quod habet ordinem, diuinæ personæ sunt ordinatæ, hoc est, habentes inter se ordinem originis.

Oportet

Ordo antecedit in specie & in indiuiduo prius & posterius.

8. 2. observatio. Ordo dicitur relatiuè, & absolute. Idem dicendum de principio de quo c. 22.

Itē de priori, & posteriori, Probat.

Prius est prius secundum esse absolute: nam secundum esse relatiuum est simul etiam cognitione.

Ordo significat absolute, cum dicitur, ordo naturæ, sicut operatio naturæ, cuius natura est principium.

9. Ordinatum dicitur æquiuocè. 1. pro disposito per prouidentiam.

S. Thom. 2. pro habet ordinem.

10. *Ex S. Thom.*
Ordo etiā dici
equivoce.
1. pro relatio-
ne ordinis.
2. pro gradu,
seu fundamē-
to illius rela-
tionis.
Exemplum.

11. *Difficultas*
quā sit hoc
fundamētum
1. aduert.
In eo multa
possunt conue-
nire ordinata
ad aliud, licet
nō considerētur
ordinata in-
ter se.
Exemplum.

12. *2. Aduert.*
In creatis rela-
tio ordinis est
realis pleriq;
S. Thom.
Relatio realis
nō fundatur in
alia relatione
vt lib. 3. cap. 22
p. 2. num. 7.
1. sent.
confectaria,
ponit pro fū-
damento mo-
dum absolutū
ex natura rei
distinctū ab
absoluto fūdate
relationē prin-
cipij.

Probarur:
Dux relatio-
nes reales or-
dinatæ, nō pos-
sunt niti eodē
fundamēto.
Ratio:

13. *2. sent. pbabi-*
lior & noua.

Oportet autem & illud aduertere, quod docet S. Thom. 1. p. q. 108. art. 2. ad 4. & in 2. d. 9. art. 1. ad 2. quod nomen, ordo, adhuc significat duo, scilicet relationem iam dictam; & gradum illū, qui facit hanc relationem: verbi gratia, angeli ordinantur in hominum custodia, relatio ordinis est ad aliud, scilicet ad custodiam; sed omnes angeli conueniunt in eo gradu, quem Deus elegit, vt faceret custodes, & in hoc sensu ordo vocatur societas, vt ordo equestris, ordo monasticus.

Ad cuius intelligentiam aduertedū est, ordinem coniungi cum principio, & principiato: & ita ex parte principij possunt multa conuenire in eadem ratione ordinis, non considerando, quod sint inter se ordinata, sed quod sint ordinata ad aliud: & hæc dicuntur esse eiusdem ordinis, quia conueniunt in eodem fundamēto ordinis ex parte principij, quod S. Thom. dicit, in eodem gradu; verbi gratia, senatores in gradu senatorio conueniunt in vna ratione ordinis, qua ordinatur ad aliud, scilicet ad rem publicā gubernandam. Et eadem ratione alia conueniunt in eodem fundamēto ordinis ex parte principij; vt ordo militaris dicitur societas militum, quatenus ordinata est ad iussum Imperatoris.

Est autem relatio ordinis realis in rebus creatis, vt plerique consentiunt. Et idcirco S. Thom. q. 7. de Potentia art. 1. & q. 10. art. 3. docet ordinem esse interuentia, eaque distincta; quæ est conditio relationis realis: hæc verò nō fundatur in alia relatione, vt lib. 3. demonstrabimus. Quare necesse est vt præter id absolutū, quo fundatur relatio principij, quod absolutum oportet esse ens reale, siquidē est fundamentum realis relationis; ponamus aliud absolutum reale quiddam saltē ex natura rei distinctū, quo relatio ordinis fundatur. Nam eodē fundamēto non possunt fundari duæ relationes reales ordinatæ vna post aliam; quia posterior, quæ consequitur relationem realem, iam est relatio rationis. Et ita opus erit animo fingere, quod præter causalitatem, qua fundatur relatio causæ, sit in ipsa causa modus quidam realis ordinis, quo fundatur relatio ordinis.

Sed quia non occurrit animo quis sit ille modus realis absolutus fundans, & sustinens relationē ordinis: dum quæ-

tionem istam nouam mente versarem, subiit nouus modus dicendi, vt neque relationem ordinis à relatione principij distinguamus re ipsa, neque fundamēta earum relationum. Sed sicut perfectio nihil est re ipsa nisi actus rei; differt tamen definitione ab actu, quia perfectio est actus vltimus rei conueniens: Ita & ordo in principio nihil est, nisi ipsum principium, sic tamen consideratum, vt ad aliud ordinatur.

Considerandum enim est, quod omnis ordo est rationis ordinantis; ordinantis (inquam) aut per prouidentiam, vt docuimus, aut saltem speculando: res omnes creatæ habent ordinem à prouidentia primæ causæ præscriptum: at verò in ipsa prima causa ordo realis originis est, non prouidentia, sed ordo à ratione speculante meditatus. Et ita omnis ordo est à ratione, vel prouidente, vel speculante.

Ex quibus colligimus ordinē nihil addere ad principium, nisi relationē rationis; ad hoc autē perspiciendum aduertamus animum: Prouidentia enim est cognitio simul, & causa rerum; quare ipsæ res creatæ sunt effectus prouidentia, & simul obiectū: quare esse prouisum potest significare effectum, qui est realis conformitas ad artem diuinam; & potest significare obiectum diuinæ prouidentia; & ita esse prouisum est esse cognitum; & hoc modo significat relationē rationis: & hoc modo principium prouisum, siue destinatum ad aliud, dicimus ordinatum; ita vt ordinatum nihil differat à principio, nisi relatione rationis addita. Quamobrem in rebus creatis ordo pro re absoluta, est ipsa causalitas principij, vt destinata ad aliud; at verò pro relatione, est ipsa relatio realis principij, prout principium ipsum destinatur ad aliud; & semper additur sola relatio rationis. Quod confirmatur verbis Aristotel. 8. Physicor. text. 15. *Omnis (inquit) ordo ratio est.* Et S. Thom. interpretatur, quod ordo est ratio, hoc est, proportio: ratio autem, siue proportio vnius ad aliud, est ipsa comparatio intelligentis, qua vnum cum alio conferimus, maximè secundum quātitatem, vt ibidem docet S. Doctor. Et quia in principio est vis quædam, siue excellentia, vnde aliud oritur; principium & id quod est à principio, conferimus pro-

portione

Ordo fundamē-
taliter est ipsa
natura princi-
pij alia consi-
deratione cog-
nita.

Declaratur
exéplō perfe-
ctionis, de qua
lib. 3. ca. 7. p. 4.
num. 12.

14. *Probarur.*
Omnis ordo
est à ratione
ordinante, vel
prouidēdo, vt
ordo creat vel
speculando, vt
ordo originis
in Deo.

15. *Confect.*
Ordo nihil ad-
dit ad princi-
pium nisi rela-
tionē rationis
Ostenditur.
Prouidentia est
causa simul, &
cognitio rerū.

Esse prouisum
est esse effectū,
vel esse obie-
ctū seu cog-
nitū, vt destina-
tū ad aliud.

In creatis or-
do est causalitas
principij
vt destinata,
vel relatio eius-
dē vt destina-
ti ad aliud.

Confirm. ex
Aristotel.
Omnis ordo
ratio est, id est
proportio, vt
explicat
S. Thom.

Ordo non est proportio formaliter, sed cogitur cum proportione, seu comparatione.

16. Obijcitur pronunciatum, quæ differunt definitione &c Respond. intelligendum esse, si realia sint: sed, si aliquod differens sit rationis. Exemplum. perfectionis, & ultimi, ut num. 13.

17. 1. aduert. Ordo significat quasi in obliquo relationem rationis.

18. Probatur ex illa definitione S. Augustini. Ordo naturæ est quo aliqd ex alio est Sic definitur causalitas, & forma significata per principium.

19. Consect. Relatio ordinis est disquarantie.

portione quadam perfectionis: & ita cum principio connexa sunt ordo, & proportio; non tamen ordo est ipsa proportio formaliter, sed cogitur ordo cum proportione. Itaque hoc nomen, ordo, pro absoluto, non significat formaliter relationem rationis, aut comparationem, aut proportionem, sed significat formaliter id absolutum quod est in principio, sicut tamen cognitum, vel cum alio comparatum.

Quod si obijcias id, quod lib. 1. constitutum, res eas differre ex natura rei, quæ differunt definitione; & idcirco ordinem à principio differre ex natura rei, siquidem definitione differt. Respondendum est, illud pronunciatum verissimum esse, quando ea nomina, quæ in definitione ponuntur, significant aliquid reale: Sed si significant rationis relationem, eâ additâ non mutatur natura rei; verbi gratia, actus, & perfectio eadem res est, etsi definitione differant: quia perfectio addit, quod sit ultimum, & cõueniens, quæ sunt entia rationis, ut lib. 3. docebimus. Et eam ob causam contendimus, ordinem non addere principio aliquid reale, sed rationis duntaxat; quia aliàs necessario distinguitur ex natura rei à principio.

Nec verò cogitandum est hoc nomen significare simul rem, & respectum rationis: sed ille respectus, quasi in obliquo continetur in nomine; quia sine illo non potest explicari, quid sit ordo; sicut nec quid sit perfectio, nisi si addas ultimum & cõueniens, quod accidit ex modo intelligendi.

Et comprobatur isthæc opinio verbis S. Augustini. lib. 3. contra Maxim. cap. 14. definitis ordinem naturæ esse, quo aliquid ex alio est; quæ est etiam definitio causalitatis, & formæ significatæ per principium; principium enim est nomen concretum, ordo abstractum: Sed si forma significata per hoc nomen, principium, in abstracto definiatur, est qua aliquid ab alio est; quo eodem modo definitur causalitas. Ordo verò addit relationem rei cognitæ, siue ut destinatur ad aliud, siue ut cum alio comparatur, in ratione ipsa principij.

Ex quibus colligimus relationem ordinis non esse æquiparantiæ; nam etsi voce tenus ordinata adinuicem dicantur nomine eodem; non tamen relatio-

A ne eadem ordinata sunt; nam principium est ordinatum relatione principij, & principiatum relatione principij: sed inopia nominum facit, ut eodem nomine nuncupemus diuersa; sicut imaginem, & exemplar dicimus similia, quorum tamen relatio est disquarantiæ.

Constituendus etiam est ordo in ipso ordine: nam primò cogitamus principium; deinde ordinem, qui additur ad principium; postremò prioritatem, quæ sequitur ordinem. Et ex parte principij primùm cogitamus ipsum principiatum; deinde ordinem, ut additum; tunc demùm quod sit posterius.

B Licebit autem iam discernere de ordine diuinæ originis. Nam si placet in rebus creatis id absolutum quod est in principio, diuidere ex natura rei ab eo absoluto quod est in ordine; analogiâ ductâ ad res diuinas, cogitanda sunt hæc distincta, non ex natura rei, sed definitione; & ita sicut cogitamus in Deo sub hoc nomine principij aliquid conceptu absoluto ita, & sub hoc nomine ordinis aliud quid absoluto conceptu meditandum est ratione formali distinctum. Et consequens est, ut ponamus etiâ in Deo duas relationes reales definitione distinctas, alteram principij, alteram ordinis. Sed videtur hoc esse falsum, quia cum relatio ordinis sequatur relationem principij, non potest esse realis. Potest tamen responderi non sequi vnam relationem alteram, sed potius vtramque sequi fundamentum distinctum nostro modo intelligendi; & ita vtramque esse relationem realem.

D Melius tamen videtur dicendum ordinem non esse quid distinctum à principio, nisi ex modo intelligendi addita relatione rationis. Et ita siue intelligamus ordinem conceptu absoluto, quo pacto dicitur ordo naturæ; siue intelligamus relatiuo, quo dicitur ordo Filij ad Patrem, aut ordo Patris ad Filium; significamus aut principium, aut principiatum tali modo cognoscendi, scilicet, ut consideratur vnum naturam propensum ad aliud.

Ad hæc notandum est, quod ordo iste naturæ in Deo est realis, hoc est, in re ipsa inuentus, ut omnes Doctores consentiunt. Sed hoc pronunciatum potest habere duplicem sensum: Potest enim dici ordo realis, quia sit res quædam; vel quia

20. 2. aduert. Ordo in ordine est, ut primò consideretur principium, 2. ordo, 3. prioritas.

21. Decisio De fundamento ordinis diuinæ processio-nis. Iuxta 1. sent. traditâ n. 13. In Deo absolutum in principio, & absolutum in ordine distinguuntur definitione.

Consect. Ponendæ sunt in Deo duæ relationes reales definitione distinctæ, scilicet principij & ordinis. Impugnatio. Responsio.

22. Iuxta 2. sent. Illa absoluta non distinguuntur, nisi ex modo intelligendi. Declaratur.

23. Notandum, Ordo naturæ in Deo est realis, hoc est, in re ipsa inuentus

1. quia fundatur in re,

2. quia est res, scilicet relatio diuina significata ut ordo. S. Thom.

Exemplum originis ex c. 53. n. 2. 3. & 6.

24. Obiect. cōtra resolutionem tituli ex Mario.

Responsio. Sp. Patris, id est, 3. persona à Patre procedens non præcedit Filium. Sp. Patris, id est, substantia Patris præcedit Filium.

25. S. August. S. Athanas. in Symbolo.

quia duntaxat fundetur in re: verbi gratia similitudo inter diuinas personas realis est; quia fundatur in natura diuina: non tamen res est; quia non est relatio realis, sed rationis, ut lib. 3. dicemus. Quod ergo hic ordo naturæ sit realis, cōstat vel ex ipso nomine; dicitur enim ordo naturæ, quasi in natura rei, siue in re ipsa inuentus. Sed videtur etiam dicendum, quod hic ordo naturæ sit res, scilicet relatio diuina significata ut ordo; nam S. Thom. cum quæreret 1. p. q. 42. & in 1. d. 20. q. 1. art. 3. quid hoc nomē significet, affirmat significare notionem in communi, scilicet relationē diuinā; & d. 20. clariùs hoc aperit, quod ordo in Patre sit Paternitas, & in Filio Filiatio. Sicut ergo diximus, quod origo est ipsa relatio significata, & cōcepta ut actio; ita dicendum esse videtur, quod ordo naturæ sit diuina relatio, significata ut ordo, vel in producēte, vel in producto. Ratio itaque formalis ordinis in Patre est ipsa Paternitas, significata ut ordo cōsequēs generationē actiuā; & in Filio Filiatio, ut notio cōsequēs natiuitatem. Et ita dicitur ordo naturæ conceptu absoluto, cum re ipsa sit relatio diuina: cōceptu autem relatiuo est etiā ordo relatio diuina. Et ita utroque modo ordo in Deo est res diuina, & notio communis, ut docet S. Thom.

Cōtra ordinē processionis videtur posse obijci ex Mar. Viet. lib. cōtra Arium. *In quo ordine (inquit) ponitur S. Spiritus? præcedit enim, si Patris est Spiritus: & sequitur, si à Filio habet quod est.* Est ergo in diuina processionē ordo cōtrarius, & secum pugnans, ut sequatur qui præcedit. Marius tamen his verbis nihil asserit, sed tantum disputat: neque est consequens, ut quia spiritus est Patris, præcedat Filium; si verò dicitur spiritus Patris, id est, substantia Patris, ipsa substantia intelligitur præcedere Filium; sed persona Spiritus Sancti nullo modo præcedit, sed sequitur, ut potè à Filio procedens.

Confirmatio.

Quod in Deo sit ordo naturæ, docet S. Augustin. lib. 3. contra Maxim. cap. 14. & lib. 4. super Genes. cap. 34. & 35. & S. Athanas. in suo Symbolo negat in Trinitate personarum esse confusionem, ex quo argumentatur S.

A Thom. comprobans esse ordinem; quia ubi non est ordo, confusio est: consentiuntque de ea re, & Patres, & Doctores cum S. Thom. 1. p. q. 42. art. 3. & alijs in locis. Et confirmat hoc ipsum Concilium Florent. sess. 20. decernens Patrem ordine præcedere.

CAPVT LXI.

In diuina processionē nulla est prioritas realis?

B C Aput habet partes duas. Prima pars: *Quæ sit prioritas realis?* Secūda pars: *In processionē diuina nulla est prioritas realis.*

PRIMA PARS.

Quæ sit prioritas realis?

C Quid sit prioritas realis oportet maximè dispicere, cū hoc sit principium cōclusionis Theologicæ per necessariā, an ea prioritas insit diuinæ processionē. Disputat autem Aristot. de ea re in postprædicamentis, cap. de prioribus; & lib. 5. Metaphys. cap. 11. text. 16. sed ita obscure, ut eius sententia non planè appareat, aut extet. Ex ijs autem, quæ diximus, liquet prius, & posterius cōiungi cū principio, & cū ordine: prius enim reuocatur ad vnum primum, vel absolute primum, vel saltem designatum; ut in tempore primum absolute fuit instans, in quo ipsum tempus conditum est; instans verò præsens est primum collatū cum tempore futuro; & ita in alijs, quæ dicuntur priora: ordo autem cum principio etiam cōnexus est; quare oportet prius etiam cum ordine conuenire, ut diximus.

D Aristotel. igitur cap. de prioribus quinque genera priorum distinguit, scilicet tempora priora; & non reciproca, verbi gratia, genera priora speciebus; & priora ordine; & adhuc priora ordine naturæ, scilicet dignitate priora, & priora reciproca, quæ etiam sunt priora naturæ ordine, ut cap. sequenti ait, scilicet causas priores esse cibus. At verò in Metaphys. alia genera priorum recēset, ut priora loco, tempore, motu, potestate, ordine, & demum cognitione priora:

S. Thom.

Ordo non est prioritas realis, sed relatio diuina significata ut ordo.

Arist. obscure de hac re.

Prius, & posterius coniungitur cum principio.

Ordo etiā cū principio, ac proinde prius & posterius cū ordinē conuenitur.

Ex Arist. quinque genera priorum,

Ex eodem alia genera priorum

Vniuersina quot modis dicitur principiu, totide dicitur ordo & priora.

3. Consect. Vbi principiu non est reale, prioritas nequit esse realis

Vnde genera no sunt priora speciebus reali prioritate reali.

4. Aristotel. explicatur. 1. Concl. Prioritas temporis est simpliciter realis. Ostenditur 1.

Ostenditur 2. de tempore continuo.

Ostenditur 3. de tempore discreto.

5. 2. Concl. Prioritas nature est quodam modo realis, vt num. 11. Inuenitur duntaxat in causis. Exemplu distinctionis realis absolute,

priora: quæ omnia longiori oratione essent explicanda. Et vt omnia priora breuiter perstringam, quot modis dicitur principium, tot modis necesse est dici quodque ordinem, & priora, quæ sunt cum principio connexa.

Ex ijs colligimus, quod vbi principium non est reale, prioritas nequit esse realis; ibi enim primum non est quid reale; principium enim est primum; ergo principium non reale, non est re ipsa primum; vbi autem non est primum reale, neque prius, & posterius est, quæ sunt consequentia: quare genera non sunt priora speciebus reali prioritate, cum sola ratione distinguantur ab eis: etsi Aristot. cap. de modis simul, permittat ea esse priora natura, non tamen id decernit, sed Platoni videtur permittere, qui genera aiebat esse causas specierum.

Deinde statuimus ex Aristotel. sententia in postpredicamentis, omni unaque consensu, eam esse realem prioritatem absolute, ac simpliciter, quæ in tempore cernitur; estque ea quasi natura informatio, vt dicamus priora absolute, ac simpliciter, quæ prius existunt, hoc est, tempore priori; quemadmodum etiã illa dicimus esse simul absolute ac simpliciter, quæ in eodem temporis instanti existunt: prius autem, & posterius in tempore sunt partes reales temporis, quarum alia labuntur prius, alia posterius; siue de tempore continuo sermo sit, siue de tempore discreto: tempus enim continuu esse ens reale, realibusque coherere partibus certu est, cum iuxta receptã Aristot. definitionem sit numerus motus secundu prius, & posterius, id est, numerus partiũ motus, seu potius ipsa partes motus numeratae, prout durat ac sibi succedut secundu prius, & posterius: tempus autem discretum Angeloru, etsi no sit res existens, est tamen tempus reale, & realis prioritas in ipso; quia re ipsa operatio vna antecedit aliam, non solum ordine nature, sed reali interuallo.

Est alia prioritas realis, quæ dicitur prioritas nature, quæ non est absolute, ac simpliciter realis, sed ex parte, & modo quodam realis est, vt explicabimus: ea autem inuenitur duntaxat in causis. Obseruandum enim est, quod sicut in rebus est distinctio realis absolute, vt explicauimus; & est alia realis distinctio non absolute, sed ex parte

te realis, quam dicimus distinctionem ex natura rei, quæ tamen aliquatenus cernitur in re ipsa: ita est prioritas realis eorum, quæ existunt in instantibus distinctis; inter quæ est tempus medium, siue verum tempus, siue sola meditatione ductum. Et est alia prioritas secundum aliquid realis, eorum quæ simul existunt in eodem instanti temporis, ita tamen, vt ordine quodam vnum existat post aliud: ita vt omnis prioritas realis sit mensura quadam existentie, siue absolute in instantibus distinctis; siue in eodem instanti, propter ordinem existentie, vt declarabimus.

Dicendum igitur est, quod causa efficiens prius natura existat, quam effectus; agens enim operatur in quantum est actu, scilicet existens: ergo effectus dimanat ab existenti causa; ergo existentia ipsa causa antecedit effectum: Igitur causa efficiens ordine nature prius existit, quam effectus; ita vt hæc prioritas ordinis existentie inueniatur in re ipsa, in eodem tamen instanti temporis. Et de effectu probatur, quod existat posterius alia etiam ratione: effectus enim ex se ipso non existit; cum ergo emanat a causa, ordine nature procedit a non esse ad esse, vt Aristotel. docet; ergo ordine ipso existentie naturali non esse antecedit esse; ergo esse in ipso effectu est posterius. Et eodem modo in rei interitu, vt Aristotel. docet 5. Metaphys. cap. 11. esse antecedit non esse, ita vt in eodem instanti, in quo res desinit esse, antecedit esse. Nec verò credat aliquis in eodem instanti rem prius existere, & postea non existere; aut prius non existere, & postea existere: sed quia res cum efficitur, ex se non habet existentiam, & habet existentiam a causa tunc primo, cum antea non extiterit, effectus re ipsa est posterior ordine existentie, quam causa.

Alia verò causa existentes, quæ sunt materia, & forma, sunt se ipsis inuicem priores, & posteriores natura in diuerso genere cause; & quidem reali prioritate, ordine etiam existentie. Nam etsi ante existentiam conueniant vt cause; quia sunt cause compositi, cui aduenit existentia, vt libro 4. dicemus; tamen ad hoc causalitatem præbent, vt existant in composito: & ideo ordine quodam

& realis ex parte, vt libr. 1. c. 28. p. 1. num. 4. & 5.

6. Declaratio. Causa efficiens prius natura existit, quam effectus.

1. Probatur 1. Causa operatur in quantum est actu existens.

2. Probatur 2. Effectus in inceptione procedit a non esse ad esse.

In desitione vicerfa. Arist.

In eodem instanti intrinsecè effectus no est prius non existens, & postea existens.

7. 2. Declaratio. Prioritas etiã aliarũ causarũ est realis, & in ordine ad existentiam. Ostenditur. Etsi conueniant vt cause ante existentiam: ad hoc tamen causalitatem præbent, vt existant in composito.

Vnum altero prius natura, & re ipsa ab agente produci tur ad hoc vt existat.

Materia prius natura subijci tur existentie per formam: & forma prius natura affert existenti am.

Hec prioritas minor est, quam causae efficien- tis.

8. Declaratur.

9. Conclusio. Nulla est prio- ritas realis in rebus creatis, nisi temporis, & naturae secu- dum causalita- tem.

Ostenditur 1.

2. Ostenditur hanc esse sen- tentiam Arist. traditis in ge- nere duos mo- dos simul ex- istentium, scil. tempore, & na- tura.

quodam reali Deus prius natura crea- t materiam, quam inducat formam; & agens creatum prius natura producit formam, quam compositum; cum co- positum sit effectus formae: & cum res producat per hoc quod acquirit esse, vt libro quarto docebimus, ordo pro- ductionis respicit ipsum esse, siue ex- istentiam. Itaque etsi materia non prius existat, quam forma, prius ta- men natura in suo genere subijci tur existentiae per ipsam formam, & forma pri- us natura affert existentiam, vt causa formalis. Quod autem haec prioritas sit realis liquet, quia is ordo satis est, vt agens prius producat re ipsa for- mam, quam compositum: haec ergo prioritas minor est, quam causae effici- entis; vera tamen prioritas realis est; & est prioritas secundum esse, siue se- cundum existentiam, vt vnum altero prius existat, aut prius natura produca- tur ad hoc, vt existat.

Est igitur obseruandum non esse bonam consequentiam, materia est prior natura, quam forma; ergo prius existit. Est tamen bona consequentia, quod causalitate quadam ad existen- dum antecedit, vt explicabimus; & ita omnis anteceditia, siue prioritas na- turae, quae realis est prioritas, ad existi- tiam refertur.

Existimamus ergo haud dubie, nullam aliam esse realem prioritatem in rebus creatis, nisi temporis, & naturae secu- dum ordinem causae realem. Hoc autem ostendimus per ea, quae antea posuimus; vbi enim principium reale non est, non est prius, & posterius in re ipsa: nam vt mittamus tempus, in quo etiam est rea- le principium, & praecipua prioritas; vbi non est principium reale, non est rea- lis prioritas: at verò in rebus creatis principium reale semper est causa rei, vt antea docuimus; ergo non est realis prioritas, nisi sit realis causalitas. De- inde monstrabimus hanc esse sen- tentiam Aristotelis: Nam capit. de Modis simul, duos modos simul ex- istentium declarat, scilicet simul tem- pore, & simul natura existentium; quia ij duo modi duntaxat reales sunt: a- lias quot modi sunt prioris, & poste- rioris, tot sunt simul existentium; nam & simul loco sunt, vt contigua; & si- mul ordine, vt bini in chorea; & si-

A mul dignitate, vt duo consules. Non ergo Aristoteles recensuit omnes mo- dos simul existentium; sed in genere duos modos reales tradidit, scilicet simul tempore, & simul natura in ijs, quorum vnum non est causa alterius; ergo ex opposito duo sunt genera prio- ritatis realis, scilicet eorum, quae sunt priora tempore, & eorum, quae sunt priora natura, quae sunt causa aliorum. Haec est etiam sententia Sancti Tho- mae absque dubio; idcirco enim negat in Deo esse prioritatem realem in pro- cessionibus; quia esset prioritas natu- rae, quasi indicaret prioritatem realem aliam non esse, nisi aut temporis, aut naturae; quamobrem dicitur Sanctus Thomas apud quendam ob Aristotelis obseruantiam negasse prioritatem realem in personis diuinis, quam tamen osten- demus parte capituli tertia, Patres anti- quos maiori cum obseruatiua negasse.

At verò explicandum nobis est id, quod Sanct. Thom. ait Opuscul. 60. cap. 1. duplicem esse ordinem naturae, scilicet secundum dignitatem, & secun- dum causalitatem. Et à Ioanne Scoto libro de principio cap. 1. alijs nomi- bus dicitur ordo essentialis eminentiae, & essentialis dependentiae; eminentia enim dignitatem, dependentia verò causalitatem significat. Quod si ordo dignitatis est ordo naturae, est quidem ordo realis; & Aristotel. cap. de Prio- ri. dignitatis ordinem etiam comme- morat. Ad hoc dicendum est, id quod est dignitate primum, non ideo esse principium reale; alias homo, qui est dignitate primus inter bruta, erit prin- cipium reale brutorum: vbi autem prin- cipium reale non est, nec ordo realis est; neque est verè ordo naturae, cu- ius scilicet ipsa natura sit principium; sed est ordo naturalis intelligentiae; & idcirco dicitur ordo naturae. Quo etiam pacto vniuersalia dicuntur priora na- tura; quia naturali intelligentia ante- cedunt particularia. Et potest adhuc dici esse ordinem naturae in dignitate, hoc est, ordinem intentum ab auctore naturae, quia Deus magis diligit melio- ra, & illa praecipue intendit; & ita melio- ra, siue digniora vt sunt finis ceterorum, sunt reale principium, & priora priori- tate causae; sed in dignitate ipsa essen- tiali, qua vna res est praestantior altera,

D non

3. Ostenditur hanc esse sen- tentiam Sancti Thomae.

Notandum.

10. Aduert. ex S. Thom. Ordo naturae vel est digni- tatis, vel cau- salitatis. Scotus.

Ordo naturae secundum dig- nitatem expli- catur. 1.

Primum digni- tate non ideo est principium reale, atq; adeo nec prius prio- ritate reali, sed naturali intel- ligentia.

Sic vniuersa- lia dicuntur priora natu- ra. Explicatur. 2. Primum dig- nitate est pri- mum ordine in- tento ab aucto- re naturae.

non est ordo realis, sed ordo rationis. Itaque que in rebus creatis nec realis ordo est, nec realis prioritas extra prioritatem temporis, nisi in veris causis. In Deo autem est ordo realis, sed non prioritas realis, ut parte capituli sequenti disputabimus.

Est denique observandum, ut hoc quoque emolumentum alijs quæstionibus præstemus, quod cum prioritas nature sit prioritas secundum aliquid, scilicet secundum ordinem causæ; ea duntaxat antecedunt reali prioritate, quæ necessaria sunt ad illud genus causæ, aut cum his coniuncta, & non posteriora: quod quidem est studiosius observandum, ut in dialecticis disputationibus commentati sumus. Quia ergo existentia necessaria est in agente ad agendum, ipsa existentia agentis antecedit totum effectum prioritate nature: quia verò existentia non est necessaria in materia, ut subiiciatur formæ; bene tamen necessarium est ut materia sit producta extra causas; ideo concedimus materiam simpliciter prius produci prioritate nature, quam formam: non tamen concedimus prius existere etiam prioritate nature; & cum hæc antecedentia, siue prioritas, sit realis & in causa reali, maxime interest quid aliud quid antecedit: quod autem materia prius naturam producat, quam existat, lib. 4. est enarrandum.

Ex quibus colliges animam rationalem, cum prius creetur, quam inducatur in corpus ex Adæ sanguine concretum, à quo peccatum originis contrahit, in illa prioritate non esse relictam; si enim in illa prioritate relictudo inesset animæ, non posset in eodem instanti temporis inesse eidem peccatum postquam est corpori immersa, cum prioritas illa non sit temporis prioritas, sed nature; aliàs inesset illi in eodem instanti simul, & relictudo, & peccatum; ergo in illo priori non inest relictudo animæ: sed neque inest peccatum; cum tamen relictudo, & peccatum sint immediatè opposita. Ratio est, quoniam in illo priori non est necesse alterum oppositorum inesse; quia neutrum pertinet ad rationem causæ, neque cum ijs quæ pertinent ad rationem causæ, necessario coniunctum; nam

A in illa prioritate relictudo, aut iniquitas in anima non pertinet ad constitutionem, aut integritatem animæ, ut in corpus inducatur: sicut ergo in illo priori non potest exercere operationem; ita non est subiectum relictudinis, aut peccati, cum sit pars destinata ad totum; totius autem est operari; & relictudo, siue peccatum, quæ ad operationem pertinent, totius etiam sunt, & antequam producat totum, non insunt.

Per inconsiderantiam igitur dictum est quoque ab alijs, dispositiones antecedentes formam geniti prius quidem existere, quam ipsam formam; sed non prius intelligi existentes. Mirum enim sanè est, quod cum existentes sint, tales nequeant intelligi; cum & ea, quæ non sunt, quasi sint, cogitando meditemur. Sed tamen prius esse existentes dispositiones est prorsus incredibile, cum earum existentia pendeat ab existentia totius geniti, in quo iam est forma substantialis producta, ad quam eæ dispositiones præparant materiam. Quod si existentia dispositionum antecederet prioritate nature, quæ est prioritas causæ, ea quoque in illa prioritate intelligeretur. Posset ergo dici dispositiones antecedere formam, non existentes, sed tamen productas, ut de materia diximus formam antecedere. Veruntamen & hoc falsum est; tum quia accidentia pendent à composito existente, & ita non possunt produci ante illud: tum quia materia sine forma substantiali non est capax accidentium; imò nec existentia est capax, ut præclare docet Sanctus Thomas, & libro 5. disputabimus. Sed omninò dicendum est dispositiones eas, quæ inveniuntur in re genita, non antecedere formam in ullo genere causæ; sed esse consequentes dispositiones, ut S. Thomas ait, & produci ab agente posteriori nature, quam genitum: esse tamen dispositiones; tum quia sunt terminus motus præcedentis, quo disponebatur materia: tum quia conservant genitum. Sed hæc ad physicas disciplinas referenda sunt.

Adhuc verò est advertendum res aliquas posse sibi in vicem esse causas in genere causæ materialis, & formalis; non

Neutrū pertinet ad constitutionem, aut integritatem animæ, ut in corpus inducatur sed ad operationem consequentem totum.

13.
2. Consect.
Cōtra Baines
Dispositiones quæ sunt ingenuo, non sunt prius nature existētes, quæ genitum: Quod si essent, ut tales intelligerentur. Probatur hoc secundum. Primum ostenditur.

Responsio.

Refellitur 1.

Secundò.

Illatio.
Ex dispositiones sunt consequentes, & productæ posteriori nature quæ genitum.

14.
uert.

11.
Ordo nature secundum causalitatem explicatur. Priora natura sunt quæ sunt necessaria ad illud genus causæ, aut cū his coniuncta, & non posteriora. In agente, ad causandum necessaria est existentia: In materia, produci duntaxat extra causas.

12.
1. Consect.
Animæ rationali creata in illa prioritate ante existentiam totius, non inest relictudo. Ratio.

Nec inest ei peccatum. Ratio. Neutrū istorum oppositorum est necessarium ad causam, aut cū necessarijs coniunctum.

SECUNDA PARS.

In diuina processione nulla est realis prioritas.

INter eos, qui de prioritate diuinæ originis, siue processionis differunt, Ioannes Scotus in 1. distinct. 12. quæst. 1. & 2. & distinct. 28. quæstione 3. & in 2. distinct. 1. quæstione 1. & in quodlibet. quæstione 4. 8. & 14. affirmat esse prioritatem ex parte rei (vt aiunt) siue in re ipsa. Idem opinatur Gregor. distinct. 9. & 29. quæstione vnica, Gabriel. quæstione 3. Marsil. quæstione 13. & videtur fauere illis Sanctus Bonaventura distinct. 12. quæstione 1. Gilbert. etiam Genebrard. ad Schegkium fol. 83. Scoti partes sequitur, Patrem antegredi Filium, non tempore, sed naturâ.

Et illud iam constat inter Catholicos eam non esse prioritatem naturæ, quam Aristotel. definiuit; siue dicas prioritatem dignitatis, quam ordinis naturæ Aristotel. appellat cap. de prioribus, siue prioritatem causæ. Persona enim diuina non est dignior alterâ, vt lib. 3. dicimus; Quod confirmatur ex Boetio de Trinitate, quia ibi est differentia naturæ, vbi est ordo dignitatis. Sed neque est causa alterius, causa inquam physica, vt supra declarauimus. Disputandum verò modò est, vtrû ea prioritas, quæ solet appellari originis, sit etiam realis?

Est tamen omninò consentaneum rebus fidei, vt nullam prioritatem realem in diuina origine ponamus. Primò, quia prioritas originis est prioritas naturæ, vt Aristotel. ait 5. Metaphys. capit. 10. text. 16. prioritas autem naturæ est prioritas causæ physica. Catholici autem ordinem quidem naturæ ponunt in Deo, sed non prioritate in naturæ. Et Concilium Florentinum sess. 20. asserit Spiritum Sanctum esse ordine tertium, sed non tertium naturâ; quia scilicet ordo naturæ admittitur, sed non prioritas naturæ. Sunt autem de numero recentiorum, qui audent dicere in Deo esse prioritatem naturæ; non quæ sit in causa physica, sed quæ sit in principio reali, realis naturæ prioritas.

1. Aduersatur sequentes. Scot.

Gregor. Gabriel. Marsil. S. Bonauit. Genebrard.

2. 1. Concl. In diuina processione non est prioritas naturæ de qua Arist. Probatur 1. de prioritate dignitatis, siue ordinis naturæ. Confirm. ex Boetio. Probatur 2. de prioritate causæ.

3. 2. concl. in titulo asserta, 1. arg. contra prioritatem originis realem, quòd sit prioritas naturæ, seu causæ physicae, per Arist.

Ex Conc. Fl. in Deo est ordo naturæ, non prioritas naturæ.

Respons. ex Rad. cõtr. 5. cõsonè aduersariis ponentibus in Deo prioritatem naturæ, sed non causæ physicae.

Materia & forma sùt sibi inuicem causa & effectus.

Causa efficiens, vt sic, nõ est posterior suo effectui.

Agens prout secundum accidens est subiectum suæ actionis immanetis, in diuerso genere causæ est prius & posterius.

4. Concl. Prioritas naturæ rectè explicatur cù dicimus, in illo priori. Ostenditur.

Coroll. Scotus rectè posuit in diuinis signa quædam rationis.

Declaratur.

Eadem sæpe posuerat S. Thom.

verò ingenere causæ efficientis: nam materia aliquid habet à forma, vt pendeat ab ea tanquam à priori; & forma aliquid à materia, vt quoque ab ea pendeat vt à priori subsistente; neutra tamen existit prius alterâ: causa autem efficiens prius existit, quàm suus effectus. Quòd ergo ipsa res, quæ est causa efficiens, quoad suam essentiam, & esse, pendeat ab ea re quæ posterius existit, intelligi non potest: si enim existentia ipsa agentis, quæ est vltima perfectio essentia, prior est, quàm effectus; sanè quoad existentiam, & essentiam non penderet ab effectu: aliàs id, quod est prius penderet à posteriori. Secundum accidens tamen, agens aliquando est simul subiectum suæ actionis, quæ manet in illo: & ita in diuerso genere causæ est prius, & posterius. De qua re supra disputauimus.

Denique statuendum est prioritatem naturæ rectè explicari, cum dicimus, in illo priori. Iam enim satis est tritum vsu differendi vt, cum dicimus, in illo priori, non significamus instans prius; sed in instanti eodem, ordinem prioris naturæ significamus; cum enim sint quædam quæ antecedunt, quædam quæ sequuntur reali prioritate naturæ, oportet vt etiam inuiti nobis permittant in illo priori quædam antecedere; significamus enim nihil aliud, quàm ea esse naturâ priora alijs, quod ipsi cõfiteantur. Et eadem ratio est de prioritate rationis. Quare non est arguendus Ioannes Scotus, qui posuit in diuinis signa quædam rationis, quasi in eodem instanti temporis fingamus animo instantia rationis plura, iuxta numerum eorum, quæ antecedunt: vt sicut vera instantia succedentia conficiunt verum tempus; ita in instanti eodem ordo rationis, quo numeramus primum, secundum, tertium, relinquat quædam instantia, siue signa rationis. Et ita disputamus, quænam inueniamus cogitando in singulis signis, siue (vt plerique aiunt) in singulis prioritatibus. Et hæc meditatio familiaris est S. Thom. qui etiam in rebus diuinis ordine quodam cognitionis considerat personas, deinde originis, deinde relationes, & plurima alia in hunc modum.

B

C

D

dum.

Et quidem id consonum est huic opinionioni; nam si prioritas realis est, quid prohibet dicere naturæ prioritatem, sicut & ordinem naturæ? Non quod natura sit prior, sed persona; sicut non natura ordinata est, sed persona.

At verò quod sit impossibile, probatur argumento Sancti Thomæ firmissimo. In personis nihil est, nisi proprietas, & natura: natura non potest esse prior, cum sit eadem; proprietas nequit esse prior, cum sit relatio; relatiua autem simul naturam esse docet Aristotel. & communis consensus: ergo proprietas nullo modo est prior. Putant aliqui se argumentum dissoluere dicentes, quod proprietas conceptu non relatiua, sed absoluto cognita, est prior.

Sed paralogizantur ingenuè; non enim attendunt proprietatem cognitam distinctis conceptibus non esse villo modo distinctam re ipsa, sed sola ratione distingui. Si ergo proprietas eadem, verbi gratia, Paternitas, vno conceptu cognita est simul cum Filiatione, & altero conceptu est prior prioritate reali; se ipsam sanè est prior prioritate reali, quod non licet intelligere. Et eodem vtor argumento; nam Paternitas est eadem res, quæ est essentia; & essentia non est prior; ergo nec Paternitas; aliàs Paternitas erit se ipsa prior reali prioritate. Neque est similis consequentia, Paternitas est essentia; essentia nò distinguitur à Filio; ergo neq; Paternitas: distinctio enim est relatiuorum; & ideo in essentia eadem sunt relatiua distincta. Prioritas autem saltè non pertinet ad rationem relatiuorum; ergo in essentia eadem non potest esse prioritas personarum, quæ personæ sunt relationes, & nullo modo ab essentia distinguuntur. De proprietate verò est euidentissimum argumentum, quod cognita conceptu absoluto non sit prior, quàm cognita conceptu relatiua; aliàs se ipsa est prior. Et confirmatur, nam essentia quidem est in tribus relatiuis personis aliquid essenziale, & absolutum; proprietas verò est vna, & eadem in vna persona, sola ratione distincta, cognitua vt est origo, & vt est relatio; ergo distinctio hæc rationis non est satis, vt origo sit prior prioritate reali, & re-

latio posterior; nam & in Deo intellectus non potest esse prior voluntate, quia sunt omninò vna essentia. Sicut ergo inter attributa non potest esse realis prioritas, ita neque inter originem & relationem; cum vtraque sit vna relatio. Ioannes igitur Scotus qui assererat attributa distingui ex parte rei, vt ipse ait, eadem significatione consentaneè potuit dicere originem esse priorem ex parte rei, non verò relationem. Sed contra qui nullam distinctionem ex parte rei, siue in re ipsa permittunt, nullam possunt fingere prioritatem realem in simplici persona, in qua non est nisi relatio, & essentia; & neque essentia, neque relatio prior est: ergo nihil superest, quod sit prius.

Aliqui aiunt relata diuina non esse simul naturam, & intellectu, sed sola relata creata: Sed valeant isti, qui philosophiam conuellunt, cum quibus libro 4. fusiùs disputabimus. Aiunt prætereà prioritatem realem originis non esse aliud, quàm vt vnum naturam ipsam rei supponatur ante aliud: Sed hi hærent in verborum significatione, vt in salebra; nam supponi est prius poni; quod autem prius ponitur, vel sola ratione antecedit, quo pacto intellectus diuinus supponitur voluntati, nihil enim nisi cognitum expetitur: quod si sola ratione antecedit, prioritas non est realis. Vel illud inquirunt supponi quod re ipsa ante operationem intellectus antecedit. Quam antecedentiam realem nos firmissimis argumentis oppugnamus.

Secundum argumentum ex iisdem deduco. Nam si Pater est prior reali prioritate, quàm Filius; ergo vel est prior duntaxat secundum proprietatem personalem, vel secundum solam naturam, vel secundum vtramque. Si sola proprietate est prior; ergo ipsa proprietas est prior prioritate reali, quàm natura: & hoc est impossibile, cum persona sine natura non constet. Imò secundum istos Doctores sola origo assert prioritatem realem diuine personæ; cum ergo natura diuina non procedat à persona, non est posterior illa. Et eodem argumento probatur, quod Pater non sit prior prioritate reali secundum solam naturam; quia in ipso Patre natura esset prior rea-

Exemplum attributorum.

In via Scoti euasio liberior.

In via Thomistarum non distinguuntur attributa ex natura rei, euasio nulla.

5. 2. Euasio.

Philosophiam conuellit.

3. Euasio Rada est.

Hæret in verborum significatione.

Supponi est prius poni.

6. 2. argum.

Pater non est Filio prior prioritate reali secundum solam proprietatem. Ratio. Aliàs in ipso Patre proprietas esset prior quàm natura. Confirm.

Item nec secundum solam naturam Ratio.

4. Redarguitur ex S. Thom. In personis natura eadem est: relatiua sunt natura simul.

1. Euasio.

Præcluditur 1. ex identitate reali inter Paternitatem v. c. cognitam absoluto conceptu, & se ipsam cognitam relatiua simul cum Filiatione.

Præcluditur 2. ex identitate eadem inter Paternitatem, & essentiam quæ nò est realiter prior Filiatione.

Præclusionis obstaculum.

Refringitur.

Confirmatur præclusio.

Distinctio rationis nò sufficit ad prioritatem realem.

Nec secundum
vtramque,
Ratio.
Inter naturam
& Filium non est
prioritas realis
Confirm.

7.
3. argum.
Secundum ex
istentiam realem
quae eadem est
in tribus per-
sonis, vna non
potest esse alia
prior priorita-
te reali.
Exemplum sapi-
entiae.
Obiectio.

1. Respons.
In opinione
D. Thomae par-
tes physice pro-
ut sunt causa sa-
riorius, antece-
dunt existentiam,
quam si nul-
laturam haberent a to-
to iam producto.

2. Respons.

Personae diui-
nae habent idem
esse omnino
eodem modo
per essentiam.

Replica.

Solutio.
Pater secundum
existentiam re-
latiuam, non est
prior Filio; ali-
as per illam pri-
us existeret, quam
per essentiam.

li prioritate, quam persona, quod non
potest intelligi. Quod si Pater secundum
vtramque esset prior Filio; ergo ipsa na-
tura diuina est prior Filio prioritate rea-
li; quod est etiam impossibile: maxime,
quia inter naturam, & Filium non est or-
do originis; ergo neque realis priori-
tas: nullo ergo modo Pater est prior Fi-
lio.

Tertium argumentum est ex eo, quod
prioritas realis dicitur penes realem
existentiam, ut probatum est; sed perso-
nae diuinae habent vnum esse absolutum,
& essentiale: intelligi ergo non potest,
quod eadem existentiam vna persona prius
existat, quam alia; sicut non potest intel-
ligi, quod eadem sapientiam vna persona
sit sapientior, quam alia. Occurrit tamen
dicendo secundum opinionem S.
Thom. vnam esse existentiam partium
substantiae; & tamen vnam existere prius
naturam, quam aliam. Respondetur pri-
mo, negando hoc quod vna pars prius
naturam existat, quam alia; imo contraria
his docuimus, quia in prioritate causae
materialis, & formalis quae est causalitas
partium substantiae, non clauditur exis-
tentia, sed quatenus partes sunt causae
compositi, antecedunt existentiam: com-
posito vero producto, simul naturam ha-
bent partes existentiam a toto; quia non
habent aliam existentiam, nisi totius. Se-
cundo respondetur partes accipere a
toto existentiam diuerso modo partici-
patam, & ita posse inter eas esse priori-
tatem, etiam in ordine ad existentiam:
sed personae diuinae habent idem esse
omnino eodem modo per essentiam;
quare per idem esse non potest vna esse
prius altera; sicut neque per eandem
sapientiam vna persona est sapientior
altera. Quod si dicas personas existere
etiam existentibus relatiuis, de qua re
lib. 4. differemus cap. 42. Contra ob-
ijcimus, nam saltem concedendum est
personam Patris prius existere relatiuam
existentiam, quam Filium, & simul etiam
existere existentiam essentiali; ergo ipsa
persona Patris prius existit proprietate
per existentiam relatiuam, & poste-
rius existit per essentiam: quod est om-
nino incredibile; esset enim in perso-
na eadem Patris prius, & posterius in re
ipsa, & existentia personalis esset pri-
or prioritate reali, quam existentia essen-
tialis in Patre.

A Credo equidem respondendum mi-
hi esse, nullo modo Patrem prius
existere, quam Filium. Sed tamen
ex eo probamus nullo pacto esse prio-
rem reali prioritate; principium enim
reale ordinatur ad esse: prioritas ergo
omnis realis, quae cum principio con-
iuncta est, secundum existentiam est as-
timanda, ut cap. antecedenti docui-
mus: nam & Pater, quia est principium
Filij, dat illi esse. Si ergo hoc principium
reale prioritate est prius; existentia
ipsa prius est in Patre, qui est principium.
Ignorant ergo propriam vocem, qui
aiunt esse prius reali prioritate origi-
nis, sed non existentiae. Explicatur hoc
apertissime, nam si prioritas originis
est realis prioritas, natura diuina con-
uenit Patri gignenti reali prioritate pri-
us, quam Filio; sed natura est ipsa exis-
tentia; ergo Pater reali prioritate pri-
us existit, quam Filius, quod illi omni-
bus modis iure optimo negant: Nec
minus certe conceditur cum temeritate,
quod Pater reali prioritate sit prius
Deus quam Filius. Confirmatur, quo-
niam diuinae originis principium est
quasi actiuum, quod operatur, quate-
nus existit: si ergo in ratione principij
Pater est prior Filio reali prioritate,
profecto prius existit saltem ordine re-
ali naturae.

Quartum argumentum est: Nam si
Pater est prior reali prioritate, quare
vtrumne prius etiam existat? si ais; nihil
potest dici periculosius, ut ostendemus
postea: si negas; ergo ea antecedentia,
qua Pater est prior reali prioritate, non
existit; sed est res prior Filio anteceden-
ter ad existentiam, eo sane modo quo
diximus materiam esse priorem forma,
non tamen prius existere, quia prius pro-
ducitur ordine naturae, quam existat; &
eodem modo essentia creata prius natu-
ra producitur, quam existat. Haec autem
diuinis personis non possunt vlllo modo
coaptari, quia persona diuina nullo mo-
do antecedit naturam reali prioritate;
natura autem est ipsa existentia; ergo
nulla antecedentia realis est in persona
separata existentiam, sed si persona est pri-
or prioritate reali, eadem prioritate prius
existit. Imo neque nostro modo intelli-
gendi consideramus prius personam di-
uinam, quam esse, & existere, quod clau-
ditur in conceptu diuinae personae: ergo
nullo

8.
Declaratur ar-
gum.
Nulla est realis
prioritas prin-
cipij, seu ori-
ginis, quae non
sit etiam existen-
tia, ut cap. 60.

Explicatur a-
pertissime.

In Deo natu-
rae principij est
ipsa existentia.
Pater reali pri-
oritate non exis-
tit prius, nec
est Deus prius
quam Filius:
Confirm.
Principium qua-
si actiuum ope-
ratur quatenus
existit.

9.
4. argum.

Materia prius
producitur or-
dine naturae,
quam existat.
Similiter esse-
ntia creata.

Esse & existe-
re non est po-
sterius, imo clau-
ditur in ipso
conceptu diui-
nae personae.

nullo modo antecedit Pater reali prioritate, quin antecedit in eo existentia; atque ideò concedendum erit, quòd Pater prioritate reali prius existit, quod haud dubiè est contra fidem. Tunc verò maximè imminemus argumento proposito; nam vel existentia Patris est sola absoluta, quæ est vna in personis diuinis; vnâ autem, & eâdem existentia non potest esse Pater prior Filio: vel est in Patre alia existentia relatiua; quòd si ea est in Patre, cogitari non potest; quòd Pater sit prior Filio, quin etiam prior existat existentia illâ relatiua, quæ est proprietas personæ, cum non sit communis, sed propria. Coguntur ergo dicere, quantumuis reluctentur, Patrè prius existere, quàm Filium, quod viro Catholico non est confitendum.

Quintum argumentum ducimus à coæternitate personarum: Nam Pater, & Filius sunt æterni eadem æternitate, vt fides docet iuxta Symboli verbum, *vnus æternus*, quia scilicèt vna est æternitas, quæ non est perfectior in Patre, quàm in Filio; sed si Pater esset prior prioritate reali, æternitas in Patre esset perfectior: ergo non est realis prioritas in Patre: Minor propositio explicanda est, quòd scilicèt realis prioritas sit argumentum perfectioris æternitatis; duratio enim existentia, quam mensurat æternitas, perfectior est in eo, quod est prius reali prioritate. Hoc autem iterùm comprobamus, quoniam si Deus crearet hominem, aut angelum beatum ab æterno, visio illa in Angelo beato, qua Deum intueretur, duraret ab æterno, & in æternum: & tamen esset imperfecta propter posterioritatè naturæ; quia producta esset de non esse; ita vt non esse illius visionis creatæ sola prioritate naturæ antecederet esse, & illa prioritas naturæ imminueret perfectionè durationis æternæ, & ipsius æternitatis creatæ visionis: ergo Pater si prius natura existit, quàm Filius, perfectiori æternitate, durationeque viget; atque adeò de æternitate aliâ est æternus Pater, aliâ Filius; nam eadem æternitate non potest vnus cogitari perfectior altero. Respondebis, illam visionem æternam produci de nihilo, quia ex se nihil est; Filium verò Dei produci de substantia Patris. Sed & in hoc nos vrgemus, probamusque non esse realem prioritatè, nisi in rebus crea-

A tis, quæ de nihilo sunt. Præterea id etiã comprobamus, quòd realis posterioritas, etiam in ijs, quæ sunt coæterna, imminuat perfectionè æternitatis. Et confirmatur, quia æternitas est tota simul ex propria definitione; prius autem, & simul esse, opposita sūt; ergo realis prioritas necessariò repugnat perfectæ æternitati, quæ est tota simul perfectè, & omni ex parte; sicut lib. 1. docuimus distinctionem formalè contraire diuinæ simplicitati: sicut enim quæcūque distinctio minima in re facit minus simplex; ita quæcūque prioritas in re ipsa facit minus perfectè æternum. Vnde etiam illud colligitur, quòd realis prioritas originis ad existentiam, & durationem pertineat. De qua re elegantè ait S. Hilar. initio librorum de Trinit. *Neque in omnipotentia validius, infirmiusq; neque in æternitate posterius, antèriusve congrueret*: omnis ergo realis antecedentia imminuit perfectam rationem æterni. Et iterùm, *neq; præposterum Deo Deum sentiens*. Quæ verba habent magnã vim: quomodò enim cogitabimus Deum Deo re ipsa priorè? Quod & S. Ioan. Damasc. insinuat lib. 1. fid. orth. c. 8. vt non Deus primus, & Deus posterior sit. Et ibidem docet non esse coæternum, quod deducitur de non esse ad esse: quod quidè potest esse æternum, sed non coæternū, vt disputauimus.

C Post hæc existimamus illum contra fidem errare, qui concederet Patrè prius existere, quàm Filium, aut Filium posteriùs existere quacūque prioritate reali. Probatur, quoniam hereticum est dicere Filium ex nihilo esse productum; sed si Filius posteriùs existit, existit ex nihilo: ergo prope heresim est quòd Filius posteriùs existat, etiam si sub his verbis nō sit ab Ecclesia damnatum. Probatur minor, nam cum inter esse, & non esse nihil medium cogitetur, si existentia Filij est posterior, non existentia Filij est anterior: ergo ex non esse ad esse productus est, quod est nihilo, & ex non extantibus. Et confirmatur, quoniam prioritas realis, quæ est in eodem instati, quæcūque illa sit, satis est vt ex nō esse ad esse res prodeat, & creetur: si enim Deus crearet mundum ab æterno, vera esset creatio ex nihilo, cum tamen res creata nunquam non esset, sed sola prioritate originis non esse antecederet esse. Et

Secundò ex hoc 3. arg.

Confirmatur argumentum ex definitione perfectæ æternitatis, quæ est tota simul.

Exemplum diuinæ simplicitatis, quæ excludit distinctionem etiã minimam in re ipsa, ex lib. 1. c. 24.

S. Hilarij 1. locus.

Secundus notandus.

S. Damasc.

Quod deducitur de non esse ad esse potest esse æternum, non coæternum.

11.

3. Conclus. Assertum de quo n. 9 est p. pe heresim. 1. probatio. Si Filius posteriùs existit, existit ex nō existente, seu ex nihilo.

Confirm. 1.

Si Deus crearet mundum ab æterno, vera esset creatio ex nihilo.

Assertum quòd Pater prioritate reali prius existat, quàm Filius, est contra fidem. Refutatur ex 3. argumento.

10. 5. arg. a coæternitate personarum.

Realis prioritas in coæternis est argument. perfectioris æternitatis. Explicatur. Comprobatur exemplo.

Æternitas nō potest esse perfectior in vna persona, quàm in alia, quin sit diuersa.

Respons. Refutatur, 1.

Confirm. 2.
Si Filius post-
rius existit, ea
existencia a-
lia est ab exi-
stencia Patris.
Responsio.

Refellitur.
Saltē deuo-
ratur quod nō
esse relatiuum
Filiij antecedit
ipsius esse rela-
tiuum.
Declaratur.

Confirm. 3.
Ea existencia
non potest ef-
se solarelatiua
1. ratio.

2. ratio.
Generatio est
opus naturæ,
& potētis ex-
istentis.

2. probatio:

In Patre esse
& Deum esse
idem est.

12.
Proponitur
ex dictis sum-
matim impro-
batio partis ad
uersantis.

Confirm. 1.

Confirm. 2.
ex Symbolo
S. Athan.

confirmatur, quoniam existere prius, & posterius eadem existentiā eodem modo participatā, impossibile est; ergo alia esset existentiā Patris, & alia Filiij. Quod si concedas esse aliam existentiā relatiuam: hoc ipsum confirmat Filium ex non existente productum, siquidem eius existentiā est posterior; ergo saltē non esse relatiuum Filiij antecedit ipsius esse relatiuum. Itaque ex non ipso ipse genitus est, quod est ex non extantibus, & ex nihilo. Sanē ideō agens creatum habet aliam existentiā ab existentiā effectus sui, quia existentiā agentis antecedit, nō tempore, sed origine: hoc ergo asserere de Deo generatē impium est. Et iterū confirmatur, quoniam quod Pater prius existat, non potest referri ad existentiā relatiuam; tum quoniam ea, si qua est, nō est prior, quā existentiā essentialis: tum etiam, quoniam Pater naturā generat, & generatio est opus naturæ: si ergo ad generationem antecedit existentiā, oportet ut antecedit ipsa existentiā naturæ; vnumquodque enim operatur per naturam, & potentiam existentem. Est autem omninō hoc incredibile, ut eadem existentiā prius existat Pater, sicut eadem sapientiā non potest esse sapientior: nisi sint duæ existentiæ naturæ diuinæ, quod est hæreticum. Denique probatur, quia si Pater prius existit, prius etiā est Deus; siquidem in Patre esse, & Deum esse, idē est, cum esse sit ipsa natura: vel etiam illis confitendum est, quod Pater prius existat, quā quod sit Deus, quod est hæreticum, & blasphemum.

Cum igitur Patrem esse priorem Filio reali prioritāte originis significet ipsum existere prius, ut videtur probatum satis esse; existere autē prius Patrem, quā Filium abhorreat à fide sinceræ Trinitatis, propter vim, ac pondus argumentorum, non credimus esse verisimilem opinionem ponentium realem prioritātem in diuina origine. Et confirmatur, quoniam ea opinio noua est, & absque firmatione inducta. Deniq; cū in Symbolo ita definitū sit, *In hac Trinitate nihil prius aut posterius* existimamus periculosū esse, & in fide suspectum ponere realem prioritātem: nam sicut quæ sunt distincta ex natura rei, etsi non sint absolutē distincta, verē tamen sunt distincta; ita & quod est prius reali prioritāte originis, etsi non sit absolutē prius, verē tamē

A est prius; atquē nos verē confitemur nihil prius, aut posterius. Quemadmodum ergo ita Deus est simplex, ut nulla omninō in eo sit compositio, aut distinctio personæ ab essētia; ita nihil ibi est prius, ita ut omninō, etiam origine, prius non sit reali prioritāte, de qua est sermo. De modo autem loquendi hac in re, minū repugnamus, ut dicatur prioritās originis; vsus enim loquendi id permittit: sed magis accuratē dicimus non esse prioritātem originis, ne realem prioritātem, qualem Aristot. ponit in origine, videamur confiteri.

B Ioannes verō Scotus sicut de attributorum distinctiōne non ita apertē loquutus est, ita & de prioritāte originis obscurē differuit. Quare Thom. Caiet. dubitat an Scotus velit esse realem prioritātem. Quod si prioritāte originis intelligit rationis prioritāte ex parte rei, hoc est, fundatam in re; sententiā teneat, & loquutionem accommodet, ne videatur realem prioritātem inducere.

Quidam defensores Scoti explicant prioritātem originis, esto sit realis prioritās, non tamen id secum asserre, ut quod procedit posterius, sit de non ente productum, neque quod sit à causa; hoc enim diuinæ processioni non congruit: sed aiunt satis esse ad realem prioritātem, ut vnum supponatur alteri: sicut & vnum attributum aiunt esse prius altero reali prioritāte, quia supponitur alteri, ut cognitio, verbi gratia, appetitio.

Sed hæc nihil obstant; cum enim ponant prioritātem realem, quæ non sit in solo intellectu, sed in re ipsa, non est in placito hominum, ut prioritās ista sic, vel sic se habeat; sed est rerū consequentiā, ut quod procedit posterius, sit de nō ente, ut comprobauimus, & sit effectus de causa. Quod autem aiunt vnum supponi alteri, idē est quod esse prius; quod si re ipsa supponitur, re ipsa est prius, ut antea admonuimus. Illud verō maximē est à ratione alienum, ut dicant vnum attributum esse prius altero reali prioritāte: neque hoc est opinabile, neque consentaneum fidei Catholicæ; nam id, quod est prius, est principium ceterorū; quare ponenda esset origo inter attributa diuina, quod est hæreticum, & stultissimum. At sine origine realis prioritās excogitari non potest; si enim principium non est reale, neque prioritās realis

Exemplum di-
uinę simplici-
tatis ex libr. 1.
c. 24. p. 3.

Magis accura-
tē loquēdo, di-
cimus nō esse
prioritāte ori-
ginis.

13.
Aduersantium
1. Sentētia est
Scoti:
Caietano du-
bia est, sicut a-
lia de distin-
ctiōne attri-
butorū, ut lib.
1. c. 30. p. 1. n. 4.

14.
Rad. cōtr. 5.
1. interpretat.
seu euasio, ut
n. 5.

Afferū eiuſdē
simile de reali
prioritāte in-
ter attributa.

15.
Refellitur, 1.

Est rerum cō-
sequentia, ut
quod procedit
posterius, sit de
non ente, & sit
effectus de cau-
sa.

Refellitur 2.
ut n. 5.

Afferū de at-
tributis impro-
batur.

Sequitur esse
originem in-
ter attributa,
1. 1. 1. 1. 1.

realis est: si verò vnum attributum sit A reale principium alterius; erit sanè realis origo vnius ab altero. Itaque fingunt Deum prius intelligentem reali prioritate, quàm amantem; & cum essentiam distinguant formalitèr ab attributis, dicent prius Deum esse, quàm sapientem: quæ absque dubio sunt cõtra fidem simplicis Deitatis. Est ergo in intelligente is ordo naturalis, vt intelligamus prius vnum attributum, quàm aliud; sed inter ipsa attributa, quæ sunt res vna, non est ordo naturalis, neque realis prioritas.

Alij sunt, qui pro partibus Scoti addunt ad hæc, prioritatem istam in Deo non esse simpliciter prioritatem, propter duo; tum quia ibi non est simpliciter posterius, posterius enim imperfectionè significat; quare nec simpliciter est prius: tum etiam quia prius simpliciter est, quod potest intelligi sine posteriori. Sed omnia hæc ad libitum dicuntur, & sine causa: nam ea quæ non sunt priora tempore, sed solùm naturâ, non sunt simpliciter priora, vt docuimus; quare nõ hoc est singulare in Deo, vt Pater sit prior Filio, non tamen simpliciter prior; nam & causa est prior suo effectu, non tamen simpliciter prior: sicut liquet de sole, & splendore. Nec de hoc est nobis quæstio; sed vtrum sit realis, & in re ipsa illa prioritas? Præterea quòd ponunt prius sine posteriori, haud dubiè errant; sunt enim relata, quæ simul intelligi, & in re ipsa inueniri necesse est. Quod autem asserunt id esse simpliciter prius, quod potest intelligi exactè sine posteriori, documentum est nulla certa ratione firmatum: nam potètia nõ potest intelligi exactè (quod est quidditatiuè intelligi) sine suo actu; & tamen est simpliciter prior suo actu. Nec hanc regulam nobis Aristot. præscripsit, sed priora simpliciter dixit, quæ sunt tempore priora, vt dictum est.

Sola ergo hæc negatio inuenitur in re ipsa, scilicèt quòd Pater non procedat ab alio; Filius autem procedat: quæ negatio in re ipsa nihil aliud significat, quàm quòd Pater non sit procedens; sed hæc negatio non sufficit ad prioritatem. Cum enim ratio ipsa principij, & originis, in quibus fundatur negatio ista, non sit argumentum realis prioritatis, vt disputatum est; quid facit negatio, quòd Filius non gignat, aut quòd Pater non gignatur, vt sit realis prioritas.

Quidam verò adhuc cum Scoto non solùm prioritatem originis, sed prioritatem naturæ constituunt in diuina processione, non tamen prioritatem causæ. Sed contra hoc est, nam prioritas naturæ est, quòd aliquid sit prius naturâ, vt omnes vno consensu interpretantur: sunt autem priora naturâ, quæ secundum naturam priora sunt, & ita distinguuntur naturâ ipsâ à posterioribus. Quo pacto dicere Patrem æternum priorem esse Filio naturâ, siue secundum naturam, hæreticum est, cum in natura nõ distinguatur Pater à Filio. Atquè rectè Arist. dixit causam esse priorem naturâ suo effectu, quia natura causæ, & effectus distinctæ res sunt. Loquuntur ergo contra communem loquendi morem recta ratione præscriptum, qui aiunt Patrem æternum esse naturâ priorem; & explicant esse priorem naturâ, hoc est, prioritate inuèta in re ipsa; non in natura diuina, quæ est eadem Patris, & Filij, sed in personis, in quibus aiunt inueniri prius, & posterius. Dicant ergo prius origine, aut personalitate; sed prius naturâ non dicant, siquidè ea prioritas non inest naturæ: nam etsi dicamus ordinem naturæ, quia natura est principium ordinis; non tamè dicimus prioritatem naturæ, quia natura non est principium prioritatis: prioritas enim non est à principio, sicut processio, & ordo processionis à principio est; sed est relatio rationis ipsius principij. Nullo igitur sensu potest dici prioritas naturæ in Deo, licèt dicatur ordo naturæ. Præterquàm quòd prioritas naturæ ingignit illum errorem, quòd sit prioritas causæ.

Quidam sunt qui aliam prioritatem realem in Dei processione comminiscuntur, scilicèt naturalis enumerationis; eamque ab Arist. tradi, 5. Metaphysic. cap. 10. cum ponit priora ordine, eaque ait esse priora ratione, hoc est numero, vt exponunt. Sanè Arist. priora ordine eo loco appellat, quæ sunt humana dispositione priora; idèdque ait esse priora ratione. Nam cap. de prioribus, eadem priora ordine cõmemorat, quæ scilicèt arte, & oratione priora sunt; arte, vt in chorea primus; oratione, vt exordium: & eadem exempla in Metaph. appõnit. Verum est, quòd in hoc loco Metaphys. cum priora in cõtinuo numerasset, priora in numero subiungit, vt S. Thom. notauit.

18.
Rada cit.
2. interpret. vt
n. 3.

Refellitur 1.
Priora naturâ
secundum natura
sunt priora,
atque adeò
distincta, vt patet
in causis.

Declaratur.

Cohærentius dicitur in Deo prius origine, aut personalitate; sed prius naturâ non dicitur, vt traditum est n. 3. Obiectioni occurritur. Natura est principium ordinis, vt & processio nis: non prioritatis.

Refellitur. 2.

19.
2. sententia est
consecra ponentis in Patre realè prioritatem naturalis enumerationis.

Tribuit eam Aristoteli.
Vera huius interpretatio ex alijs locis est de prioritate per rationem.

S. Thom.
tauit.

16.
Additamentum
Suar. in Metaph. disp. 12
prioritate originis non esse simpliciter prioritatem.
1. fundam.
2. fundam.

Impugnatur
additamentum.

Etiã sol est
prior splendore,
non tã simpliciter prior.

Impugnatur
1. fund.
Prius non est
sine posteriori.

Impugnatur
2. fund.
Potentia non potest quidditatiuè intelligi sine suo actu, & tamen est simpliciter prior illo.

17.
Confectarium
Re ipsa est
in Patre sola
non processio passiva: in Filio processio passiva.

tanit. Verum esto Arist. ijs locis priora numero retulerit, nusquam tamen dixit eam prioritatem esse reale: imò ex eius verbis hactenus ostendimus solam prioritatem temporis, & causæ esse realem.

Ut autem de prioritatem numeri tractemus, attendere opus est, quòd numerus, & prioritas sunt rationes disparatæ (vt aiunt) siue dissentaneæ. Nam numerus realis est absque vlla prioritatem reali, vt binarius hominum, quorum vnus non sit causa alterius: numerus enim ibi realis est, & nulla realis prioritas. Est etiam realis prioritas in tempore, vbi numerus non est realis. Et ratio hoc ipsum persuadet: numerus enim non est prioris, & posterioris, sed est simul existentium; ergo numerus non affert aliquam realem prioritatem.

Vt ergo rem explicemus, prioritas in numero dicitur esse duplex, scilicet naturalis enumerationis, & non naturalis enumerationis: verbi gratia, absidet sacerdoti diaconus; qui naturaliter enumerat, sacerdotem vocat primū, & diaconum secundum: si quis verò numerando, prius diaconum referat, quàm sacerdotem, non naturali ordine enumerat. Aiunt ergo in naturali enumeratione prioritatem esse realem; in ea verò quæ non est naturalis, prioritatem esse rationis. Et ita aiunt Patrem æternum esse priorem reali prioritatem naturalis enumerationis; quod S. Thomas non aduertit, neque antiquiores obseruasse mirantur.

Sed tamen aduertendum est, alium esse numerum in ratione numerante, scilicet ipsam notionem numeri conceptā; vt cum dicimus primū, habemus in mente notionem primi; vel secundū, cum dicimus secundum: & alium esse numerum in re ipsa, scilicet res numeratas, in quibus non est primū, neque secundū, nisi quod re ipsa primū, vel secundum est. Per inconsideratiam ergo hi Doctores existimauerunt præter eam prioritatem, quæ est in re ipsa, enumerationem naturalem afferre aliam prioritatem realem: numeratio enim, quæ est operatio rationis, non affert rebus prioritatem, vt liquet; sed dūtaxat, cum ita enumeramus primū, & secundum, vt verè est primū, & secundum, naturaliter numeramus.

Alias sacerdos præterquam quòd dignitate est prior, esset prior alia prioritatem

enumerationis: quid enim est prius enumeratione, quàm quod in numero prius sit? Dignitate igitur prior est in numero sacerdos, dum numeratur cum diacono, & nulla alia prioritatem est prior re ipsa propter numerum. Quod verò numeretur prius, est aliquid rationis in sacerdote, scilicet quòd à numerante ratione dicatur prior. Et hoc exemplo ostenditur; vbicumque enim est prioritas in re ipsa, est etiam naturalis enumeratio incipientibus à priori; neque per eam enumerationem inducitur rebus ipsis alia realis prioritas; sed prioritas numeri, qui est in ratione, & est rationis prioritas, coaptatur prioritati rei. Et hæc quidem perspicua sunt. Oportuit igitur ostendere in ipsa diuina origine esse prioritatem, vt cum dicimus enumeratione naturali Patrem primū, intelligamus prioritatem illam esse realem.

Rectissimè igitur, & scitè admodum S. Thom. in Deo ordinem, & originem ponit; prioritatem negat. Et hoc iam inspiciendum est, quomodo prioritas realis ab ordine reali secernatur, cum prioritatem ordine coherere certū sit, quòd vnicum est illorum contra nos argumentum. S. Thom. in 1. sent. d. 20. q. 1. ar. 3.

docet ea, quæ à rebus creatis ducuntur per analogiam ad diuinas, genere remoto, intelligi; vt intelligitur scientia in Deo, non tamen qualitas; quòd quidem alio loco disputamus: Eodem ergo modo ordinem in diuinis dici, remoto priori, quòd est quasi genus. Et hanc solutionem amplectitur Thom. Caiet. 2. 2. Verum animo statim occurrit rationem prioris non esse genus, aut quasi genus ad ordinem; cum reciproca sint ordo, & prioritas, & semper connexa; genus autem non est reciprocum, aut coniectum cum singulis speciebus, sed inuenitur separatim in alijs. Simplicius tamen, ac breuius dicitur, quòd prioritas realis non est coniuncta cum ordine reali, nisi in rebus creatis, in quibus ordo est semper in aliqua causa. In Deo verò ordo est ex principio absque causalitate, & idè est absque prioritatem. Et ita videtur S. Thom. sumere 1. p. dum ait q. 43. art. 1. in Dei processione intelligi principium sine prioritatem. Vel etiam dicendum, quòd prioritas est coniuncta cum omni ordine, prioritas, inquam, vel realis, vel rationis: vt numerus est coniunctus cum tempore

ratio-

numeratur cum diacono.

Item in omni re priori.

Prioritas numeri qui est rationis, coaptatur prioritati rei.

23. Difficultas vnica.

Respons. ex S. Thomæ doctrina, de qua lib. 1. cap. 42. p. 4. n. 3.

Eam tenet Caiet. Replica.

1. solutio. Prioritas realis conexa est cum ordine reali, vbi causalitas, non vbi principium absque causalitate.

2. solutio. Prioritas aliqua, vel realis, vel rationis, coniuncta est cum omni ordine, 1. exemplum,

20. 1. aduert. Numerus realis & prioritas realis sunt rationes disparatæ.

Pro numero exemplum binarij hominū. Pro prioritatem exemplum temporis.

Ratio. Numerus non est prioris, & posterioris, sed simul existentium.

21. 2. aduert. Quæ sit prioritas naturalis enumerationis.

Quæ sit prioritas non naturalis enumerationis.

22. 3. aduert. Numerus alius est in ratione numerante, alius in re ipsa, vt lib. 1. cap. 42. p. 2. & 3. & p. 4. n. 7.

Impugnatur dicta sententia.

Præter prioritatem quæ est in re ipsa, est etiam enumeratio naturalis, quæ est operatio rationis, non affert aliam prioritatem realem.

Exemplum in sacerdote, dum

Secundum.

ratione prioris, & posterioris; & tamen est numerus rationis; & in nobis causa est aliquid reale; in Deo, qui est prima causa, est aliquid rationis causam esse. Ita prioritas cum ordine coniuncta est, sed cum ordine illo infinitæ processio- nis prioritas est rationis duntaxat, & nullo modo realis.

24. 4. conclus. con- fect. ex dictis In diuina pro- cessione est pri- oritas rationis Declaratur 1. exemplo attri- butorum.

Quamobrem prioritas rationis in di- uina origine necessariò permittenda est; siquidem eam concedimus, etiam inter attributa. Eo ergo modo, quo prius in- telligimus diuinum intellectum, quàm voluntatem, prius quoque intelligimus generantem, quàm genitum, quod S. Thom. frequentè docet.

25. Scotus non aduersatur. In origine po- nit prioritatē non solum ra- tionis, sed etiā ex parte rei.

Neque verò Ioannes Scotus, qui po- nit prioritatem realem, siue ex parte rei, credendus est negare prioritatem ratio- nis: cum res ita intelligamus, ut sunt. Sed in origine quidem ponit prioritatē, non solum rationis, ut S. Thom. sed etiā ex parte rei: in reatiuis verò, quia non distinguit relationem, ut formam hypo- staticam, negat relationem ut sic, ante- cedere etiam ratione, sed omninò rela- tiua esse simul; & in sola origine esse prio- ritatem, eamque ex parte rei, non ratio- nis tantum. Tenet ergo hanc sententiā C non Ioannes Scotus, sed Durand. in 1. d. 9. q. 2. nam etiam si originem à rela- tione distinguat, ut diximus; tamen tum reatiua, tum producens, & productum in Deo credit esse etiam simul, & secun- dum rem, & secundum rationem, ut con- stat num. 8.

Aduersatur Durand.

26. Ostenditur 2. ex Conc. Flor.

Sed hæc opinio non est verosimilis; nam apud Patres, & in Concil. Florent. fess. 20. Pater est primus, Filius secundus, Spiritus Sanctus tertius; ecce prioritas saltè rationis. Deindè Pater est prin- cipium, & est ordo Patris ad Filium; cum principio autem, & ordine oportet esse primum, & secundum, & tertium, ut Pa- tres asserunt. Denique nostro modo in- telligendi prius intelligimus generantē habere naturam, qua generet, quàm in- telligamus genitum prodire à generan- te. Neque de hac re est inter ceteros dis- sensio. Et confirmatur, quoniam intelle- ctus diuinus est prior prioritate ratio- nis, quàm voluntas; quia cognitio est ra- tio antecedens appetitum: sed genera- tio actiua est ratio antecedens genitum, & genitor ipse est principium reale ge- niti; ergo dum hæc meditatur concep-

Quartò.

Confirmatur ex paritate ra- tionis inuētæ in intellectu, & voluntate.

A tibus absolutis, oportet prioritatem in- telligendo inueniri. Argumeta verò Du- randi, quia pertinent ad constitutionem personæ lib. 4. soluentur.

Ad Durandū alibi.

26. S. Thomas explicatur.

Explicandus ergo est S. Thom. q. 42. art. 3. ad 2. vbi videtur asserere diuinas personas neque re ipsa, neque intellectu esse, aut priores, aut posteriores. Quod identidem docet in 1. dist. 9. q. 3. art. 1. Thom. Caiet. respondet S. Thomā ibi loquutum de personis, prout in se sunt relationes subsistentes, & non prout à nobis cognoscuntur. Sed tamen cum S. Doctōr dicat non esse prioritatem etiā intellectu, absque dubio loquitur de per- sonis, etiam prout à nobis cognoscuntur. Posset responderi S. Doctōrem negare prioritatem secundum rem, & intellectu quasi coniunctim; non tamē separatim, prioritatem secundum intellectum dif- fiteri. Sed hoc effugere est, non refutare argumentum. Brevitè dicendum est, cū personæ diuinæ re ipsa reatiuæ omninò sint absque vlla absoluta proprietate, ita ut reatiua sunt accipi à S. Thoma, ut esset quæstio de reatiuis ex propria no- tione, siue ex proprijs meritis, ut Caiet. ait. Et ita personæ diuinæ cognitæ à no- bis, ut sunt re ipsa relationes subsisten- tes, re, & ratione sunt simul. Si verò ea- dem reatiua sola cogitatione sub con- ceptu originis intelligantur, quasi distin- ctæ; hoc modo non potest esse in eis, nisi cognitionis prioritas, sicut & cognitio- nis distinctio. Idem fortè sentit Duran- dus d. 9. q. 2. & d. 20. q. 2.

1. explicatio Caietani.

Refellitur.

2. explicatio.

Improbatur.

3. & vera ex- plic.

Relatiua ut sic re, & ratione sunt simul: at ut origines sunt simul re, non ratione.

Rationibus etiam alijs arguunt, quæ non postulant integrum caput disputa- tionis, & idcirco hoc loco confutabun- tur. Obijciunt ergo in diuinis personis esse origines, & esse relationes; sed ori- gines non obstant, quin relationes sint simul; ergo neque relationes obstant, quin origines naturā antecedant. Et cō- firmant, quia origines prius intelligun- tur, quàm relationes; priora autem non impediuntur à posterioribus; ergo po- tius neganda esset simultas relationum, licet sit propria illis, quàm prioritas rea- lis originum, quæ illis propria est.

27.

Argum. cōtra 2. conclus.

D Nos tamen argumentum hoc posse- mus in aduersarium reijcere; nam cum origo, & relatio res vna sint, sola que ra- tione distinguantur, ut diximus, impos- sibile est, ut res eadem sit prior, & non sit prior prioritate reali: est enim (ut aiunt).

Confirm.

28.

Respond. i. re- torquedo arg. Eadem res nō potest esse pri- or, & nō prior prioritate rea- li.

Respond. 21.

In originibus diuinis prioritati obstat aeternitas.

Ad confirm. Non impedit prioritate relatio eam consequens.

29. 2. conclus. que est in titulo confirmant Patrum verba, licet illi disputarint de sola prioritate temporis.

S. Anastas.

Vtitur argumento de identitate, vt n. 3. 4. & 7.

S. Hilarius.

Vtitur argumento de coeternitate personarum, vt n. 10.

Idem.

Cum obijciatur ab hereticis, Filius ante natiuitatem aut

aiunt) origo prior, relatio non prior. Sed satis sit, vt argumentum repellamus. Ad primam consequentiam concedimus relationes non obstat, quin origines sint priores, vt in rebus creatis cernimus; sed ipsae origines diuinae abhorrent a prioritate reali ex propria definitione; quia sunt aeternae, & in aeternitate increata non est prioritas realis, neque etiam prioritas naturae, vt diximus. Ad confirmationem respondetur eam prioritatem non esse propriam originis diuinae, & idcirco non reperiri, quamuis non impediat a relatione consequente.

Confirmatio.

AD confirmationem sententiae istius non sunt conquirenda expressa verba Patrum, quibus testentur Patrem nullam prioritatem reali antecedere Filium; quia de sola prioritate temporis inueniuntur disputasse. Sed ex illorum potius verbis, ac sententia est nobis veritas comparanda. Sanctus ergo Anastas. Antioch. lib. 1. de rectis fidei dogmat: *Illud quoque, In principio, (inquit) non significat posterius principio: si igitur Verbum erat in principio, necesse prorsus sit, vt contempleris simul Verbum.* Recte quidem propter unitatem substantiae, qua Verbum est in Patre, concludit Verbum simul esse non posterius: quod argumentum de quacunque reali prioritate idem conuincit, vt commonstrauimus. Sanctus quoque Hilarius libr. 12. de Trinit. egregie docet Filium ita esse aeternum, vt Patrem; neque esse minus perfectam aeternitatem Filij: quo argumento antea vsi sumus: *Si quid igitur (inquit) ei, qui ab aeterno Patre natus est, ex aeternitate defuerit, id ipsum auctori, qui Pater est, non est ambiguum defuisse:* ergo aeternitas cum illa perfectione, qua nihil sit prius prioritate reali, conuenit etiam Filio; quod si deest Filio, & Patri deest, vel saltem hoc deest, quod non potuit gignere aequaliter aeternum. Idem comprobatur verbis alijs S. Hilarij, quae clariora sic redduntur ordine mutato: *Sensui (inquit) non subiacerit fuisse, vel non fuisse, antequam nasceretur; quia nihil aliud anteuerit sensum, quam ante tempora aeterna natum esse semper.* Respondet S. Hilarius argumento hereticorum, scilicet Filius antequam nasceretur, aut erat, aut non

erat: imò (inquit) sensui, hoc est, intelligentiae neutrum subiacerit; sed est vtrumque negandum; neque enim verum est, aut quod ante natiuitatem sit Filius, aut quod non sit. Ratio est, quam subiecit, egregia. Quia (inquit) ante natiuitatem non cogitamus aliquam antecedentiam, sed cogitamus semper natum: cum ergo isti Doctores ante natiuitatem ponant realem prioritatem, in illa prioritate reali necesse est, aut Filium non esse, aut esse; Filium esse ante natiuitatem est impossibile, non esse est impium, vt S. Hilarius confitetur: neganda ergo est omnis antecedentia, siue prioritas realis. Hoc ipsum testatur lib. eodem alijs verbis planioribus: *Natum (inquit) non post alia, sed ante omnia, vt natiuitas tantum testetur auctorem, non praeposterum aliquid in se sub auctore significet.* Vides natiuitatem indicare solum principium a quo, scilicet auctorem, sed non prioritatem ullam realem. *Et quidem confessione communi secunda quidem ab auctore natiuitas est; quia ex Deo est: non tamen separabilis ab auctore; quia in quantum sensus noster intelligentiam tendit natiuitatis excedere, in tantum necesse est etiam generatio excedat.* Vide quaestionem nostram verbis solis mutatis: nam dicimus natiuitatem secundam numerando; quia est a Patre; sed ita, vt cum ipso S. Hilario in nulla prioritate reali separemus natiuitatem a Patre. Rationem ab ipso petimus, quia quoties sensus, hoc est, intellectus cogitando vult excedere aliqua prioritate reali natiuitatem Filij, eadem excedit natiuitas, & nulla est prioritas in re ipsa. Idem comprobatur verbis S. Ambrosij, quibus ille vult ostendere Filium non esse genitum post Patrem lib. 1. de fide, cap. 5. ex loco illo Isaia. 43. *Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Quis ergo (inquit S. Ambrosius) hoc dicit, Pater an Filius? si Filius; Ante me, inquit, non fuit alius Deus: si Pater; Post me, inquit, non erit: Hic priorem, ille posteriorem non habet: Inuicem in se & Pater in Filio, & Filius in Patre cognoscitur.* Eodem plane argumento conuincimus nullam fuisse prioritatem realem; consequitur enim, vt Pater fuerit prius Deus prioritate reali: & eo etiam probatur, quia vterque simul in altero cognoscitur; ergo non potest intelligi prioritate reali vnus

erat, aut non erat, vtrumque negandum.

Ratio, quia nulla est realis antecedentia ante natiuitatem.

Idem.

Natiuitas indicat solum auctorem, seu principium a quo.

Natiuitas est secunda, seu personae secundae, quod sit a principio, non quod sit posterior in re ipsa.

S. Ambrosius in Isai. 43. vtitur eodem argumento.

Confirmatio.

Idem.

vnus sine alio. Et capite eodem refellit illud argumentum, quod necesse sit priorem esse genitorem genito, congruissima ratione; & sic ait. *Vsu, inquit, accipimus eò qui nascitur, priorem esse qui generat. Persequere igitur omnia vestigia consuetudinis, & si cetera conueniunt, non obsisto, quin & istud requiras.* Hoc idem nos respondemus dicentibus principium sine prioritate reali non inueniri: nam id in rebus creatis, in quibus est causalitas, concedimus; sed in diuinis, sicut ceteræ imperfectiones reijciuntur à principio, ita & prioritas realis. Sanctus quoque Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus, verbis quibusdam hoc idem videtur testari, *Pater (inquit) æternus, eò quod æternum habeat Filium, cuius æternus sit Pater: Filius æternus eò quod sit Patri coæternus.* Vnde sic colligimus: Pater est æternus, quia habet Filium æternum; ergo Pater non est prior reali prioritate, in qua non habeat Filium; aliàs erit prior sine Filio Pater: ad hoc enim valet quæcunque realis prioritas. Hac eadem ratione utitur lib. 2. de Symbolo ad cathec. cap. 3. *Si das (inquit) initium Filio, das initium & Patri; Pater enim à Filio appellatus est Pater.* Ergo nulla prioritate reali potest esse Pater prior Filio, à quo Filio appellatur Pater; aliàs Pater in illa prioritate non est Pater. Et certè prioritas realis quoddam etiam initium est, quo scilicet existit vnum prius altero prioritate naturæ. Initium autem negat S. Augustin. sed Patrem & Filium simul confitetur: quare & libro eodem respondet ad argumentum. *Et quomodo, inquires, natus est, si non habet initium? De æterno coæternus.* Ita & nos dicimus sine antecedentia reali natum; quia de æterno coæternus eadem perfecta æternitate, in qua nulla est prioritas realis. Sanctus quoque Athanasius de vnita, ac sempiterna substantia libro 5. cum hæretico disputans, *Elige tibi (inquit) alterum de duobus; Aut vna est eorum sempiternitas, aut vna posteritas.* Et inferiùs ait vtrumque excludi à sempiternitate, dum Filij sempiternitas impugnatur, *Cur ergo (inquit) non est talis professio vestra, nouus Pater, nouus & Filius?* Similiter ergo eadem prioritate reali prior est Filius, quàm

In diuinis, vt ceteræ imperfectiones reijciuntur à principio, ita & prioritas realis. S. August. consonat eidẽ argumento.

Idem.

Prioritas realis quoddam initium est.

Idem.

Consonat S. Athan.

A Pater; vel eadem posterioritate vterque posterior. Hoc ipsum Sanctus Cyrillus confirmat elegantèr 1. libro Thesauri cap. 5. *Si Patri (inquit) Filius coæternus non est, necesse est concedere imperfectam aliquando fuisse sanctam Trinitatem; fuisseque vnitatem, antequàm Filius esset; factam verò postea Trinitatem fuisse, quando accessit quod deerat.* Eodem modo, & nos arguimus, isti enim Doctores concedunt vnitatem antecessisse reali prioritate Trinitatem; accessit ergo re ipsa Trinitas, siquidè re ipsa antecessit vnitas; fuit enim iuxta illos prior vna persona, à qua duæ postea processerunt. Et lib. 2. dialogo. de Trinitate, solertissimè proposuit argumentum illud, quod & nos fecimus, *Simul (inquit) est Deus, & simul Pater, non posteriorem habens natiuitatem, quàm essentiam: sed simul concedendum est, quod sit Pater, & subsistat, intelligaturque in tali natura, & simul subsistat sine principio genitus, hoc est, Filius.* De prioritate reali naturæ idem profectò argumentum extat; simul enim est Deus, & simul Pater: sicut ergo Deitas non est prior Filio prioritate vlla reali, ita nec Pater. Et ibidè aliud conficit argumentum peracutum ostendens, Deum quidè extra se posse se ipsum conferre ad operandum sine mutatione sui; quia operatur in extraneis: sed in ipsa Deitate mutationis esse argumentum, si prior sit potentia, quàm actus. Quod si Pater est prior prioritate reali, in qua prioritate est potens generare, & adhuc non extat Filius; profectò de potentia transit in actum, quod est mutari; sicut necesse est mutari agentia, quæ per actionem immanentem exercent potentiam cum prioritate naturæ: *Quod enim (inquit) ex se ipso gignere dicitur, & progredi à potentia ad actum, quasi in propria natura commotum est.* Et alia elegantèr, quæ longum esset commemorare. Quæ omnia ita de prioritate reali naturæ, sicut & de prioritate temporis vim faciunt, & efficacia sunt. Ac verò Sanctus Ioannes Damascen. libr. 1. fid. Orthod. cap. 9. verbis conceptis docet, *non priorem ipsum, Patrem Filio, aut tempore, aut naturâ: non enim fuit contentus dicere non priorem tempore, sed addidit, neque naturâ priorè;*

S. Cyrill.

Idem utitur 4. arg. facto n. 9. Item v. ide n. 8. & 11.

Eiusdem aliud arg.

2. conclusionè exprimunt Patres S. Damasc.

quod est intelligendum de quacunque reali prioritare. Eodem sensu videtur dicere Gennad. Constantinopolit. *In S. Trinitate nullus est primus, neque ultimus*; & idem Gennad. in expositione Concil. Florent. affert ex S. Gregorio Nyss. lib. 1. contra Eunomium, unigenitum, intelligentiam tantum considerari ante personam Spiritus Sancti; ergo sola intelligentiam est prior, non re ipsa.

30. Scholastici, *S. Thom.* At verò nullam esse prioritatem, nisi solius rationis inter diuinas personas docet S. Thom. firmissimèque decernit 1. p. quæst. 36. art. 1. & q. 42. art. 3. ad 2. & in 1. dist. 9. quæst. 2. artic. 1. vbi negat vnam personam diuinam esse priorem alterâ, aut tempore, aut naturâ, aut dignitate, aut intellectu. Cum quo consentit Durand. in 1. dist. 9. quæst. 2. & dist. 20. quæst. 2. & hoc idem docet S. Bonavent. dist. 12. q. 4. eaque est communis opinio priscorum scholasticorum. Vno excepto Scoto, qui ita in hac prioritare reali, sicut & in distinctione attributorum ex natura rei implicatur, dissentiens fortasse voce potius, quàm sensu.

Durand. S. Bonau. Sed sunt nonnullæ Patrum sententiæ, quibus contraria pars videtur persuaderi, quòd sit in Patre realis prioritas. Ita videtur sentire Sanctus Augustinus libro de triplici habitaculo, vbi docet Patrem non præcedere Filium tempore, sed origine; & lib. 1. de Trinitate, cap. 1. *Nulla (inquit) res est, quæ se ipsam gignat, vt sit; cuius ratio est, quia esset antequàm haberet esse.* Ergo ex sententia Sancti Augustini, antequàm genitum habeat esse, genitor est. Et eadem ratio legitur apud S. Anselm. Monolog. cap. 5. probat enim Deum non esse ipsum producere, quia esset prior se ipso; ergo producens necessariò est prius producto. Gilbertus etiam Genebrardus in illud Symboli: *Nihil prius, aut posterius*, commemorat nonnullos Patres Sanctum Ignatium, Sanctum Iustinum, S. Irenæum, & Tertullianum concedentes Patrem esse priorem, & maiorem Filio. Hugo etiam de Sancto Victore libro 6. de Trinitate, cap. 6. sic inquit, *Prius, & posterius hoc loco intelligi volumus non temporis successione, sed ordine naturæ, vel originis.* Et Sanctus Basilius contra Eunomium libro 1. Filium esse ait secundum à Patre ordine quodam. Imò Concil. Flo-

rent. sessione 20. Patrem dicit primum dignitate, & ordine: non est ergo timendum tot cum Patribus dicere Patrem priorem Filio, non prioritare temporis, quòd Deo non conuenit, sed prioritare originis, quæ in Deo est.

Ad hæc omnia vniuersim dicendum est, Patres agnouisse in ea persona, quæ est processionis principium, dignitatem quandam, non tamen quòd sit maior perfectio in vna persona, quàm in alia, vt libro 3. explicabimus. Prætereà cum ordine processionis prioritatem quandam intellexisse, sed non realem, vt constat ex sententijs eorum commemoratis. Nam & S. Augustin. haud incertus est in hac re, cum ordinem posuerit, & negauerit prioritatem, scilicet realem, vnde S. Thom. hoc didicit. Quod ergo ait Patrem præcedere origine; vel propter dignitatem dixit, vel propter prioritatem intelligendi. At verò ad illam consequentiam, quam conficit, quòd si res quæpiam se ipsam gigneret, esset antequàm haberet esse; satis est prioritas rationis inter genitorem, & genitum: Nam quia ipso ordine intelligendi, qui est verus, non potest cogitari, vt res quæpiam sit se ipsa prior; neque potest intelligi genitor sine prioritare; consequitur vt nulla res generet se ipsam. Aliàs si S. August. de reali prioritare loquitur, eam certè ponit quoad existentiam, scilicet vt Pater, qui generat, sit, hoc est, existat, antequàm Filius genitus habeat esse; quod est contra fidem, & à Ioanne Scoto cum suis meritò recusatur. Eodem modo explicandus est Sanctus Anselmus, qui dictum dicit, semper S. Augustino hærens. Patres, quos refert Gilbert. Genebrard. sicut non volunt Patrem esse maiorem re ipsa, ita neque priorem reali prioritare: propter ordinem etiam prioritatem rationis agnoscunt, quæ satis est, vt dicant primum, secundum, ac tertium, cum Sancto Basilio. Hugo etiam non ponit prioritatem realem, aut naturæ, sed ponit prioritatem in ordine naturæ. Itaque ordo est naturæ, non prioritas; & hanc, quæ est cum ordine coniuncta, aimus esse rationis prioritatem. Denique Concilium Florentinum cum verbis Patrum consentit, appellans Patrem primum dignitate, & ordine: sicut ergo non ita est interpre-

32. Ad auctoritates vniuersim: Patres agnouerunt in principio processionis dignitatem quandam, & prioritatem rationis.

Ad S. Aug.

Ad 1. locum.

Ad secundum.

Explicatur vt solum requirat prioritatem rationis inter genitorem, & genitum.

Probatur explicatio.

Ad S. Ansel.

Ad Patres apud Genebr.

Ad Hug.

Ad Conc. Florent.

interpretandum Concilium, vt credamus Patrem digniorem re ipsa, quam Filium; ita neque priorem reali prioritate.

CAPVT LXII.

Persona diuina, que procedit, de substantia producentis procedit.

DE principio diuine processionis disputatum est, & deinde suo in loco de processione diuina; residuum est, vt de termino processionis tractemus. Vbi occurrit prima quæstio: Vtrum persona procedens de personæ producentis substantia procedat, scilicet Filius de substantia Patris, & Spiritus Sanctus de substantia vtriusque? Caput diuidimus in duo membra.

Prima pars: *Persona diuina procedit de substantia producentis.*

Secunda pars: *Persona diuina non procedit de principio quasi materiali, sed quasi formali.*

PRIMA PARS.

Persona diuina procedit de substantia producentis.

QVoniam rerum creatarum cernimus quasdam ex nihilo fieri, quod est creati; alias verò fieri quidam de aliquo, scilicet de materia, quæ etiam tempore antecedit nouam formam geniti: fecerunt quæstionem Sancti Patres argumentis etiam hæreticorum coacti; Vtrum Filius Dei sit ex nihilo factus, an verò de aliquo præexistente genitus? utroque enim modo Filius Dei esset creatura; vel quia de nihilo esset conditus; vel quia non esset æternus, si de aliquo præexistente esset genitus: Sancti Doctores vtrumque abnegant, & refugiunt; neque enim de nihilo est, cum non sit creatus, sed genitus; sed neque de aliquo præexistente, quia genitus est de substantia diuina, quæ est extra tempus, & æterna.

Cogitandum ergo est, quòd sicut in re genita accipimus aliquod principium, de quo res gignitur, scilicet materiam, quæ tempore, aut saltè naturam antecedit rem genitam: ita & in diuina per-

sona genita, intelligimus diuinam substantiam, tanquam principium rei genitæ antecedens non tempore, aut naturam, sed sola meditatione intellectus ipsam personam genitam; & hoc omninò necesse est confiteri. Nam cognita persona Patris, & ipsius actu generandi, eodem modo, quem superius tradidimus; de Filio nihil prius possumus cogitare, quam substantiam; absoluta enim sunt priora relatiuis. Intelligimus ergo ex parte rei genitæ substantiam diuinam cum natiuitate coniunctam, vt antea quoque admonuimus. In qua coniunctione substantia ipsa pertinet ad rem genitam, vt principium illius.

Et ita in genito bis intelligimus diuinam substantiam (quod est summo opere notandum) scilicet vt principium rei genitæ simul cum generatione passiuam coniunctum; & vt terminum processionis, qui consequitur processionem nostro modo intelligendi. Nam & hoc postea docebimus, quòd substantia diuina sit terminus processionis; quod sanè videtur annuere S. Hilar. 6. de Trinitate illis verbis: *Natiuitas Dei, qua ex Deo in Deum extitit: Ita vt Deitas sit principium, & terminus; principium rei genitæ, terminus generationis.*

Et hoc quoque consentaneum est nostræ Philosophiæ; nam sicut materia est principium rei genitæ, & simul pars geniti in termino generationis inclusa: Ita & in Deitate, in qua non est pars, sed totum, ipsa substantia, siue essentia, quæ est tota principium rei genitæ, est terminus ipsa tota generationis. Et ne videamur noua inuehere, hoc ipsum est, quod docuimus, diuinam essentiam esse passiuam potentiam; passiuam enim potentia nihil est aliud, quam principium rei genitæ, vt ibidem comprobauimus. Hoc idem est, quod summo consensu asserunt & Doctores, & Patres, dum aiunt Filium genitum de diuina substantia, tanquam de principio, non tamen præexistente. Hæc igitur res est cum omni consensione asserta, etsi non satis dilucidè hætenus tradita sit. Modus autem loquendi nunc declarandus est, quo dicimus Filium genitum de substantia Patris, & Spiritum Sanctum de substantia vtriusque procedentem.

persona genita intelligitur vt principium rei genitæ præcedens prioritate rationis.

In diuina processione bis intelligimus naturam diuinam scilicet vt principium rei genitæ, & terminum generationis.

S. Hilar.

4. Exemplum materiae, quæ in generatione est principium geniti, & simul pars geniti in termino generationis inclusa.

Coincidit cū doctrina c. 28. scilicet quòd essentia sit passiuam potentia.

Interpretandum Concilium, vt credamus Patrem digniorem re ipsa, quam Filium; ita neque priorem reali prioritate.

De principio diuine processionis disputatum est, & deinde suo in loco de processione diuina; residuum est, vt de termino processionis tractemus.

Quæstio præuia vtrum Filius Dei sit ex nihilo, vel ex aliquo præexistente.

Respondent S. Doctores neque vtrumque.

1. prænotandum. Vt materia in re creata genita, ita substantia in diuina

2. prenotand.
Per præposi-
tionem de, in-
dicatur duo

S. Thom.

1. indicatum
est principium
consubstantiale
manens in re
producta.

Per præposi-
tionem, ex, vel
à, indicatur
principium
quod sit.

Exemplum
annuli, quod sit
de auro, non
de artifice.

At est ex au-
ro, & ex arti-
fice.

Non tamen
ex substantia
artificis.

Idem.

Idem conso-
nat dicens cor-
pus Christi fie-
ri non de pa-
ne, sed ex pa-
ne.

6.
1. confectariū.
Generatio nõ
viventium est
ex, vel à sub-
stantia agētis,
nonde.

2. confect.
Generatio vi-
uentium est de

Sciendum est enim, quod præpositio, de, indicat duo, primum scilicet, quod illud principium, de quo res produci-
tur, maneat in re producta: secundum
indicat distinctionem producentis, &
producti. Quoad primum docet San-
ctus Thomas 1. p. quæst. 41. artic. 3.
ad 1. & in 2. distinct. 5. quæst. 3. artic.
1. præpositionem, de, & præpositionem,
ex, siue, à, significare principium: illam
tamen priorem præpositionem, de, in-
dicare principium consubstantiale, quod
manet in re producta, & quod res pro-
ducta constat: alias verò præpositiones,
ex, vel, à, duntaxat significare princi-
pium, siue extra rem productam exif-
tat, & non sit consubstantiale, siue etiam
in re producta maneat. Est ergo annu-
lus de auro, quia aurum in annulo ma-
net, & est substantia annuli; non verò
est annulus de artifice, quia artifex est
principium annuli extra annulum. At
verò tam ex auro, quam ex artifice est
annulus, cum artifex sit principium ex-
traneum, & aurum intrinsecum, quo-
niam præpositio, ex, significat princi-
pium quoduis; de, verò non quoduis,
sed id principium, quod in re ipsa pro-
ducta existit. Si verò dicas annulum
esse ex substantia artificis, etiam hoc ne-
gat S. Thom. 1. p. quæstione 41. artic. 3.
ad secundum; quia significatur artificem
esse principium substantiale annuli. Quã
obrem propter diuersitatem præposi-
tionum ipsarum, de, & ex, innuit San-
ctus Thomas 3. p. quæst. 75. artic. 8.
corpus Christi fieri in consecratione
non de pane, sed ex pane: nam præposi-
tio, de, significat principium consub-
stantiale; præpositio verò, ex, significat
quodcunque principium: quia ergo pa-
nis non manet in corpore Christi, non
dicitur de pane fieri corpus, sed ex pa-
ne.

Hæ igitur actiones, quæ sunt invita
expertibus, possunt quidem esse ex sub-
stantia agentis, siue ex agente; non ta-
men sunt de substantia agentis, siue de
agente: quia nulla substantia præexi-
sit in agente non viuento, quæ maneat
in re effecta ab agente; non ergo ignis
gignitur de igne, aut de substantia igni-
s; benè tamen ex igne, aut ex substan-
tia, siue à substantia ignis. Vientia ve-
rò habent actiones perfectiores; quia
vi ipsa generationis substantia gignen-

tis transfunditur in genitum; quia se-
men, quod erat in generante, est postea
pars rei genitæ, & in his res genita est
de gignente, siue de substantia gignen-
tis. Attamen præterquam quod in hac
generatione terrestri inuenitur muta-
tio, triplex adhuc imperfectio cernitur:
prima est, quod cum communicatio
perfecta sit secundum formam, gene-
rans, & genitum per generationem so-
lum in materia eadem communicant;
eò quod materia seminis, quod præ-
existit in gignente, manet in genito,
non verò forma seminis. Secunda im-
perfectio est, quod ipsum semen non est
intra essentiam generantis, sed est pars
contenta in generante ad integritatem
necessaria. Est tamen semen in mate-
ria distincta, sub formaque distincta ab
ipso generante, verbi gratia, semen ho-
minis non informatur anima rationali,
nec semen equi forma essentiali, ac sub-
stantiali equi, sed est extra essentiam;
benè enim equus est sine femine. Ter-
tia imperfectio, quod non transfunditur
tota materia gignentis in genitum, sed
pars duntaxat.

Vtraque autem diuina processio est
communicatio diuinæ substantiæ mo-
do quodam præexcellenti. Cum enim
substantia diuina vna sit, eaque sit ipsa
essentia simplex absque partium segmē-
tis; ita Filius est de substantia Patris, vt
sit quoque de eius essentia, deque tota
essentia, & substantia: neque verò de ma-
teria gignentis, quæ nulla est in Deo, sed
de forma, & de puro actu Deitatis. Eo-
demque modo Spiritus Sanctus est de
substantia, essentiaque tota, ac forma
Patris, & Filij, scilicet de ipsa simplici
Deitate procedens. Hoc autem asse-
rendum est ex propria ratione proces-
sionis diuinæ, eò quod principium eius
quasi actiuum, est ipsa essentia diuina,
vt diximus, quæ est simplex, & vna; ita
vt neque diuidi in partes, neque multi-
plicari numero possit: quare genitum,
quod procedit de substantia gignentis,
habet in se totam substantiam, siue es-
sentiam gignentis; & idem de Spiri-
tu Sancto dicendum est: ergo hæc con-
substantialitas personæ procedentis,
& eius à qua procedit, ita vt vna sim-
plex substantia sit in vtraque persona,
ab ipsa ratione propria diuinæ proces-
sionis ducitur.

Idem

gignente, siue
de substantia
gignentis.

Vtriusque ge-
nerationis cre-
ata, præter mu-
tationem, im-
perfectiones
tres:

Prima.
In ea commu-
nicatur solum
materia.

Secunda,

Semen est in
materia ac for-
ma distinctis
à generante, ac
proinde nõ es-
sentialis illius
pars, sed inte-
gralis.

Tertia.
Non comuni-
catur tota ma-
teria gignētis,
sed pars.

7.

Assertio in-
scriptionis.

Personæ diui-
na procedit de
tota simplici
essentia, & sub-
stantia produ-
cētis, & de for-
ma, ac puro ac-
tu Deitatis.

Hæc consub-
stantialitas est
ex propria ra-
tione diuinæ
processionis.

8. Probatio S. Thomae: Pater genuit Filium non ex nihilo; ergo ex aliquo non extraneo.

Idem etiam probat S. Thom. in corpore articuli, eò quòd Pater generat Filium; non ex nihilo; ergo ex aliquo: & non ex aliquo extraneo; ergo ex sua substantia, vel de sua substantia propria: artifex enim operatur ex materia, vt ex ligno imaginem: Deus verò operatur ex nihilo; non quasi nihilum sit materia, ex qua Deus res conditas efficiat; sed quia nihil erat rei, antequàm Deus operaretur. Si ergo nihil erat Filij, ex nihilo fecit Filium, & creauit; quòd est hæreticum: quòd si genuit de aliquo, cum nihil extraneum sit in Patre, de quo Filium gigneret, de sua propria substantia genuisse Filium necesse est.

9. Obiectio contra probationem.

Hæc tamen ratio Sancti Thomae videtur ægrè probare conclusionem; Pater enim æternus, neque est de nihilo, neque de aliquo, vt modò dicemus; ergo nulla est consequentia, quòd Filius vel procedat de nihilo, vel de aliquo.

Pro responsione prenotand. Vt in producendo principium operationis, ita in re producta principium aliquod producti ponendum est; nihil enim est se toto agens, aut se toto passum.

Ad hæc respondendum est, quòd sicut in producente principium operationis ponimus, ita & in re producta principium aliquod producti ponendum est: nihil enim est, aut se toto agens, aut se toto passum; sed est in agente principium agendi; & in passo patiendi principium; principium autem primum est materia in rebus materiâ concretis, quæ cum fiunt, de materia fiunt: si verò materia non præcedat, de nihilo fiunt; & ita fecit Deus cælum, & terram de nihilo: non quòd nihilum sit principium operationis, quasi materia, vt Sanctus Thomas obseruat; sed quia ita in potestate Dei est operari absque materia, sicut artificis operari ex ligno. In angelis verò natura ipsa est principium formale rei productæ; productâ enim naturâ angelus producit: quòd si natura angeli esset ante angelum; non crearetur angelus ex nihilo; sed quia natura angelica non existit ante angelum; sed ipsa quoque producit, & ante illam nihil est angeli, creatur angelus de nihilo ad sensum expositum.

Deus fecit cælum & terram de nihilo, id est, absque materia, non verò quòd nihilum sit quasi materia.

Est ergo firma argumentatio, quòd cum Pater æternus generet Filium, & non ex nihilo, cum non sit creatus, generetur de aliquo, scilicet de aliquo, quòd sit rei genitæ principium; non tamen de aliquo præexistente, sed de aliquo præcognito principio: tota enim hæc

In diuinis Patre generat Filium de aliquo non præexistente, sed præcognito, scilicet de sua ipsius Patris substantia.

res agit de nostro modo intelligendi; nam in re ipsa substantia Patris, de qua Filius dicitur genitus, non est principium rei genitæ, cum principium sit res distincta ab ea cuius est principium; Filius autem, & substantia sunt res eadem simplex; indicatur tamen his verbis origo realis, & potentia notionalis passiva, quæ etiam est realis, vt antea docuimus; eò duntaxat, quia est potentia realis processionis; sed non quòd ipsa diuina substantia, quæ dicitur potentia notionalis realis, sit principium reale aut Patris, aut Filij; cum inter hæc non sit realis distinctio. Nostro igitur modo intelligendi rectè concluditur ex hoc, quòd Filius sit genitus, & non ex nihilo, quòd sit genitus de aliquo, scilicet de diuina substantia, quæ est principium rei genitæ formale, prout à nobis intelligitur. Argumentatio autem hæc non est solius Sancti Thomæ, sed apud Patres vsitatissima, vt referemus. Ex eo enim, quòd Filius Dei non producit ex nihilo; sed neque ex materia; probant produci de substantia Patris.

res agit de nostro modo intelligendi; nam in re ipsa substantia Patris, de qua Filius dicitur genitus, non est principium rei genitæ, cum principium sit res distincta ab ea cuius est principium; Filius autem, & substantia sunt res eadem simplex; indicatur tamen his verbis origo realis, & potentia notionalis passiva, quæ etiam est realis, vt antea docuimus; eò duntaxat, quia est potentia realis processionis; sed non quòd ipsa diuina substantia, quæ dicitur potentia notionalis realis, sit principium reale aut Patris, aut Filij; cum inter hæc non sit realis distinctio. Nostro igitur modo intelligendi rectè concluditur ex hoc, quòd Filius sit genitus, & non ex nihilo, quòd sit genitus de aliquo, scilicet de diuina substantia, quæ est principium rei genitæ formale, prout à nobis intelligitur. Argumentatio autem hæc non est solius Sancti Thomæ, sed apud Patres vsitatissima, vt referemus. Ex eo enim, quòd Filius Dei non producit ex nihilo; sed neque ex materia; probant produci de substantia Patris.

Sanctus Anselmus Monolog. capite 8. triplici ratione exponit ex nihilo effici, scilicet ex nihilo, quia non factum est de aliquo; quo pacto Deus ex nihilo factus est, id est, non est factus ex aliquo. Secundo, vt ipsum nihil conuertatur in id, quòd est factum; quòd est impossibile, vt Sanctus Thomas etiã obseruauit. Tertio, vt factum quidem aliquid sit, sed non sit aliquid, ex quo factum sit; quo pacto creaturæ ex nihilo sunt conditæ. Filius ergo æternus non potest dici genitus ex nihilo vllò modo; non primo modo; quia significatur non esse genitum; non secundo, quia est impossibile cogitatu: non tertio, quia aliquid est (scilicet substantia Patris) ex quo est genitus: non ergo ex nihilo genitus est. Et in hoc sensu rectè consequitur ex hoc, quòd genitus est, & non ex nihilo, quòd ex aliquo genitus sit, siue de aliquo, hoc est de Patris substantia. Neque verò est similis consequentia, quòd Pater, quia non est de nihilo, sit de aliquo; esse enim de aliquo, indicat realem distinctionem, & reale principium, vt postea docebimus; quare cum Pater non distinguatur ab essentia sua, neque essentia

Indicatur his verbis origo realis, & potentia notionalis passiva, etiam realis, non principium reale.

Dicta ratio vsitata est apud Patres.

10. 2. prenotand. S. Anselm. Tripliciter explicat ex nihilo fieri. 1. explicatio. Secunda. Tertia. Filius æternus non est genitus ex nihilo primo modo. Non secundo. Non tertio.

Responsio ad obiectionem: Pater non est de sua essentia, cum esse de aliquo indicet realem distinctionem, & reale principium.

Non est ex nihilo, nisi primo modo.

11. Dubium, an angelus, cuius scilicet natura prius producitur quam hypostasis, dicendus sit produci de aliquo, id est, de natura angelica.

12. Respondetur simpliciter negando. Probat.

In angeli creatione natura non antecedit, sed ipsa creatur.

Secundum quid potest affirmari angelus quoad hypostasis produci de natura angelica producta. Exemplum cœli producti secundum quid de materia producta: producti simpliciter de nihilo.

S. August.

Si materia esset increata, quous simul esset productum cœlum, creatum non esset.

Ad productionem de aliquo non requiritur antecedentia temporis.

Declaratur.

fit principium reale Patris; Pater non est de sua essentia, & ita non est de aliquo. Sed neque est de nihilo, nisi in primo sensu, quia non est de aliquo: sed neque in tertio sensu, quo indicatur esse quidem factum, sed de nihilo; hæreticum enim est sic dicere Patrem esse de nihilo.

Verum ex dictis oritur dubium; cum enim natura angeli sit principium formale hypostasis, & prius natura producat, quam ipsa hypostasis; videtur, quod angelus, siue hypostasis angelica producat de aliquo, scilicet de natura: quod si de aliquo, non certè de nihilo; non ergo creatur Angelus.

Nihilominus respondendum est, angelum creati, & non de aliquo produci. Nam illud, de quo res producit, debet antecedere ipsam productionem; quo pacto in generatione materia antecedit actum generantis, & est subiectum generationis. Cum ergo in angeli creatione ipsa natura creetur, non potest dici angelus de aliquo productus, sed creatus de nihilo: licet secundum quid, possit dici angelus quoad hypostasis productus de natura producta. Et similiter cum Deus creavit cœlum, ordine quodam prius producta est materia, quam forma, & ipsum cœlum; quare secundum quid de materia producta cœlum produxit: sed simpliciter produxit de nihilo; quia actionem Dei nihil antecessit. Et hoc egregiè quidem docuit S. Augustinus libr. de natura boni contra Manich. cap. 26. & 27. videlicet, id quod creatur, non creari ex materia; quia materia etiam si nulli creatur. Quod sic est interpretandum, ut dicamus cœlum creatum, non quia materia, non præexistit tempore; sed quia ipsa materia est res creatione eadem producta: nam si materia esset increata, quamvis simul esset productum cœlum, creatum non esset; quia non esset de nihilo productum, sed de aliquo improducto, siue increato, scilicet de materia. At verò ut sit res producta de aliquo, non est necesse, ut illud, de quo dicitur producta, antecedit tempore: nam si in eodem instanti Deus crearet materiam, & agens naturale introduceret formam; agens naturale non crearet, sed de aliquo, scilicet de materia produceret aliquid materiæ, & formam concretum. Imò

A in Deitatis natura, cum ipsa natura, siue essentia, non solum non antecedit tempore rem genitam, sed neque prioritate reali, ut dictum est, satis est, quod ipsa natura diuina antecedit prioritate rationis, ut Filius dicatur de natura Deitatis genitus. Nostro enim modo intelligendi, qui est rei ipsi pro suo modulo conformis, natura diuina antecedit omnem originem, imò & ipsas personas, inter quas est origo; ergo omnis origo diuina est de aliquo, & non potest esse de nihilo. Quia igitur ipsa diuina natura, quæ in Filio est, ante eius natiuitatem intelligitur, & nullo modo est per natiuitatem producta, cum præintelligatur ante natiuitatem, Filius non de nihilo, sed de aliquo productus est. Et quia ipsa natura, quæ in Filio manet, præintelligitur in Patre, Filius genitus propriè est de substantia Patris, præpositione, de, indicante consubstantiale esse, hoc est, eiusdem substantiæ, Patrem, & Filium.

B Qua in re non est approbandum, quod Barthol. Torres existimauit, semine masculinum non ingredi ipsam compositum genitum; sed duntaxat semen femineum dispositum, & præparatum à semine maris ingredi rem genitam: aitque ipsum genitum nihilominus esse de substantia gignentis maris; eo quod semen maris necessarium sit ad generationem, etiam si non maneat in genito: tum etiam, quia (inquit) mas tribuit naturam genito, disponendo semen femineum. Hæc autem falsa sunt; & primum dicendum est materiam seminis, quod præexistit in matre, manere in genito; aliàs non esset de substantia maris genitus: hac enim in re deterius opinatus est Torres, neque est ea opinio probabilis, quod scilicet dicatur genitum de substantia, quæ non maneat in ipso genito; hoc enim pacto Ariani concederent Filium esse genitum de substantia Patris, quæ tamè non sit eadem in genito; siquidem satis est, ut ille vult, quod communicetur substantia, non eademmet, sed alia numero distincta, ad hoc ut mas communicet substantiam cum genito; ergo non hoc sufficit, sed omninò oportet, ut substantia generantis eademmet sit postea in genito. Qua in causa Doctores scholastici consentiunt, & nullus, quem legerim, est in sententia Bartholomæi Torres.

Secun-

Satis est prioritas rationis. Ostenditur in diuinis.

Colligitur assertio inscriptionis.

13. Torres assertum: Non semine masculinum, sed duntaxat femineum manere in genito secundum materiam, & nihilominus genitum esse de substantia maris.

Improbatur quoad utramque partem, præcipue quoad posteriorem.

Fauet Arianis.

14. Indicatum per præpositionem, de, est distinctio realis.

S. August. Patrum commune dictum, Filius gignitur de substantia Patris, explicatur.

15. Dissidet S. Thomas à Magistro interpretante sic, id est, de Patre in quo est substantia. S. August. 1. Locus.

2. Locus.

Hic locus apud S. Tho. à typographo perperam mutatus, ostenditur 1.

Secundo.

16. Idem locus explicatur 1. ut velit Filiū gigni de substantia Patris, ut de principio actiuo formali.

Exemplū generationis de semine.

Secundum est quod diximus, præpositione, de, indicari solitum esse distinctionem realem. Quam ob causam sanctus Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 7. negavit personas diuinas esse de natura diuina; quia natura ipsa non est res distincta à personis. Quando igitur ipse S. August. & Patres aiunt Filium esse genitum de substantia Patris, indicatur realis distinctio non inter substantiam, & rem genitam; sed inter Patrem, & Filium genitum.

Hinc oritur quæstio, quam S. Thom. versat cum Mag. ait enim Magist. lib. 1. sententiarum d. 5. commune enuntiātū, quod Filius gignatur de substantia Patris, interpretandum esse, quod gignatur de Patre, in quo est substantia; sanctus enim August. 5. de Trinit. cap. 9. negat personas diuinas esse de essentia diuina, ne videatur distinctionem realem inter essentiam, & personas constituere. Et eam ob causam videtur ipse S. August. hoc enuntiātum exponere 15. de Trinit. cap. 13. *nostrum (inquit) verbum, quod natum est de nostra scientia, dissimile est illi Verbo Dei, quod natum est de Patris essentia; tale est autem, ac si dicerem de Patris sapientia, de Patris scientia, vel quod est expressius de Patre scientia, de Patre sapientia.*

Qui locus S. Augustini legitur mutatus apud S. Thomam vitio, ut solet, typographi; legitur enim sic, *Tale est, quod dico de Patre essentia, ac si expressius dicerem de Patris essentia.* Hæc enim verba nostram sententiam confirmant, quæ sibi S. Thom. non obijceret: maxime cum apud Magistr. non ita legantur, sed ordine inuerso, de Patris scientia, hoc est de Patre scientia; S. ergo August. explicat de essentia Patris, hoc est de Patre essentia.

Aduertendum igitur est, quod Filiū gigni de substantia Patris potest intelligi, quasi de principio actiuo: ut enim dicitur Filius gigni de Patre, ut de principio actiuo; ita & de eius substantia, quasi de principio actiuo formali, quo Pater generat, explicari potest. Hoc pacto dicimus creaturas genitas gigni de semine, quod est instrumentum, & principium actiuum generationis; & ita credimus S. August. eo loco fuisse loquutum, cum ait Filium de Patris scientia gigni, siue quod est expressius, de Pa-

tre scientia; cum enim indicaret principium actiuum formale quo, dicens, de essentia Patris; expressius ait dici, de Patre essentia: Pater enim est principium, non quo generat, sed quod generat; & dicitur absolutè principium generationis: essentia autem dicitur, non absolutè principium; sed principium quo, siue formale duntaxat. Vel etiam simplicius declarandus est S. August. quod ut significaret essentiam non distingui à Patre, sed esse ipsum Patrem; cum dixisset Filium gigni de essentia Patris, subiicit expressius dici, de Patre essentia: quia ipse Pater est essentia. Hoc enim ipsum S. August. ibidem significat, & Patres, cū aiunt essentia de essentia gigni, hoc est Filium de Patre, ut lib. 5. dicemus: quia Pater, & Filius non habent essentiam, quasi distinctam; sed sunt ipsa essentia, quam habent.

Magister verò commentatus est argumentum, ut cum dicit Filium gigni de essentia Patris, tantummodo asserat gigni de Patre, qui est essentia; & hoc ait significari per illud: hoc enim esse expressius iuxta verbum S. Augustini. Ac S. Thom. 1. p. q. 41. ar. 3. ad 2. docet Magistrum vera dicere, dum ait Filium gigni de Patre, qui est essentia, sed id dictum quæstioni non satisfacere; quia nō significatur Filium esse consubstantialem Patri: nam & creaturæ, quæ sunt extra substantiam eius, sunt tamen de Patre, qui est substantia; & ita sunt de Patre substantia, sed non de substantia Patris. Siue igitur dicas de Patre, siue de essentia Patris, semper interpretandum est Filium esse Patri consubstantialem. Dicitur enim de Patre gigni, quia essentia Patris est in genito: dicitur verò de essentia gigni, quia Pater gignit essentia suā, tanquam principio formali, quæ essentia est in Filio; sicut res creata dicitur gigni de semine, ut de principio actiuo, quia semen secundum materiam est in re genita. Constat igitur ibi significari principium formale saltē ut intelligitur in Patre, quasi actiuum: quia Filius de Patre est, & de substantia Patris, qua Pater generat.

Sed adhuc doctrina S. Thomæ argutior est, & sublimior; ut enim clarius significetur consubstantialitas, ait Filium Dei gigni de essentia Patris, ut de principio formali; non solum quasi de

Elucidatur explicatio,

Idem locus explicatur 2. simplicius, ut significet essentia non distingui à Patre,

Sic explicandi Patres dicentes essentia de essentia gigni,

17. Ad Patrū dictum Magistri interpretatio expenditur.

A S. Thom. iudicatur vera sed insuficiens ad quæstionē. Ratio. Etia creaturæ sunt de Patre qui est substantia: sed non de substantia Patris.

S. Thomæ interpretatio germana. Id est de substantia Patris qua Pater generat.

18. 2. Interpretatio argutior: Gigni de Patris essentia indicat formale principium rei genitæ, nō solum actiuū, sed

etiam quasi passivum.

Principium consubstantiale, vel est actiuum, vel materiale, vel formale.

In hoc dicto maxime indicatur principium formale.

Declaratur ut hic nu. 4. & cap. 28. Sumarium doctrinae in hac 2. p. traditur.

19. Aduert. Naturam diuinam in Patre est principium reale, non Patris, sed originis realis.

In Filio est etiam non quasi forma distincta, sed quasi principium reale formale, seu potentia notionalis antecedens genitum ut actum suum.

20. Alia dicta explicantur. S. Fulgentij dictum: Filius genitus est de natura Trinitatis: Est minus principium.

actiuo principio, ut consideratur in gignente; sed quasi de principio personae genitae, quod in Filio manet. Ait ergo principium consubstantiale aliquando significari actiuum, cum scilicet dicimus Filium de Patre gigni; quia substantia gignentis manet in genito: nonnunquam verò materiale principium designari, quod manet in re producta, quo pacto de auro annulus efficitur; quandoque verò indicari principium formale. Hoc autem modo loquendi docet maxime dicendum esse, Filium & esse, & gigni de essentia Patris; quia in Filio genito, hoc est principium formale rei genitae. Itaque ut dicam breuius, Filium gigni de substantia, indicat passiuam potentiam, cuius actus est res genita. Et ita siue in Patre, siue in Filio indicat reale principium consubstantiale cum distinctione reali personarum: quod in Patre est actiua potentia, in Filio passiuum: & aliqui Doctores recentiores mentem S. Thomae non attigerunt.

Aduertendum enim est naturam diuinam non esse reale principium diuinae personae, quasi dans esse illi, ut forma creata; quod principium necesse est esse distinctum ab ea re, cui dat esse formale; natura autem diuina nihil re ipsa distinguitur à persona; sed dicitur principium reale, in ordine ad originem realem; & ita natura diuina in Patre est principium reale, non Patris, sed originis realis: & in Filio est etiam principium reale; non quasi forma Filij distincta, & dans esse illi, sed quatenus ipsa natura diuina in Filio est notionalis potentia, cuius actus est res genita: quae potentia nihil aliud est, nisi principium quasi formale antecedens genitum, quod cum ipsa natiuitate coniungitur, non ut terminus natiuitatis, sed potius ut principium rei gignendae. Et idcirco propriissimè Filius gignitur de principio isto formali, scilicet de natura diuina; sicut homo terrenus de materia.

S. verò Fulgentius lib. de Fide ad Petrum ait Filium genitum de natura Trinitatis: quod minus propriè videtur dictum; praepositio enim, de, significat ordinem principij, quem habet natura in Patre, ut sit generationis principium; non verò in tota Trinitate natura est principium gignendi: sed quia dicimus naturam eandem esse totius Trinitatis;

A dicitur Filius genitus de natura Trinitatis in sensu identico, hoc est, de ea natura, quae est totius Trinitatis natura.

Quod verò ait S. Thom. ad 2. Angelos esse de natura intellectuali, & hoc non esse dicendum, nisi de formis subsistentibus, & non aduenientibus, explicandum est. Nam licet absolutè, & simpliciter sit negandum angelum produci de natura angelica; possumus tamen dicere angelum esse de natura angelica, quasi de principio distincto ab hypostasi; quia per hoc significatur, quòd natura ipsa sit increata, sicut significatur, cum dicimus angelum productum de natura, quasi natura angelica antecedit productionem, ut declarauimus. Et eodem certè modo possumus dicere hominem esse de natura humana; cum enim praepositio, de, significet distinctionem, & reale principium; in exemplo isto utrumque inuenimus: imò est magis distincta natura humana, quam Angelica à sua hypostasi, ut lib. 4. dicemus. Est igitur homo de sua natura, sicut & Angelus: neque S. Thom. hoc negauit; sed dixit istum loquendi modum inueniri in formis subsistentibus, & non aduenientibus; humanitas autem est etiam suo modo forma hypostasis, non adueniens, cum non sit accidens. Sed accommodatius erat exemplum in natura angelica, quae est simplex forma, sicut & natura diuina actus simplex.

Quòd autem non ita loqui oporteat in formis aduenientibus, siue accidentibus, liquet; quia non dicimus albedinè esse de colore, neque hominem esse de albedine: primum non dicimus, quia albedo non distinguitur a colore; praepositio autem, de, significat distinctionem: secundum non dicimus, quia albedo non est substantia; praepositio autem, de, indicat consubstantiale principium. Rectè igitur docet S. Thom. non accidere, ut vnum sit de alio, tanquam de formali principio, nisi sit forma substantialis, non adueniens.

Sed adhuc occurrit dubium circa verba S. Thom. 1. p. q. 41. art. 3. ad 2. ubi docet Filium gigni de substantia Patris tanquam de formali principio; quo pacto ait angelum dici de natura intellectuali, ut de principio formali. At verò q. 39. ar. 2. ad 5. ipse Doctor sanctus affirmat Praeposi-

Est verum in sensu identico

S. Thomae dictum: Angelus est de natura intellectuali: Et sic in alijs formis subsistentibus. Ob. ex n. 12. Respons. Per esse de natura non significatur hanc esse increatam, ut significatur per produci de natura: vide num. 12. Similiter homo est de natura humana, Probatur, quia hic inuenitur distinctio, & reale principium.

2. dictum In accidentibus non sic aliquid esse de alio. Probatur: Albedo non ob defectum distinctionis est de albedine, ob defectum consubstantialitatis.

33. Eiusdem 3. dictum.

Quartum.

præpositionem, de, non significare principium formale, sed materiale, aut efficiens.

24.
3. & 4. dictum conciliantur scilicet quod præpositio, de, non recte copulatur cum principio formali, & quod recte copulatur cum principio formali consubstantiali, quod indicat originem.

Persona constituta non est de principio formali, seu de forma Deitatis, ut constituitur est, nulla habita ratione originis.

S. August. citatus num. 14 & 15. At est de ea forma, ut est principium de quo persona producit, in dicata origine, atque adeo distinctione inter producens, & productam, ut declaratur n. 18. & 19. S. Thom.

25.
Obiectio hinc orta contra 1. dictum. S. Thom. 1. Respons. 2. Respons. In eo dicto indicatur origo, qua angelus est à principio increato.

Concordare hæc duo loca difficile est. Sed si attentius considerentur verba S. Thomæ, perspicentur utrumque esse & scite, & verissime dictum: nam hæc præpositiones significant distinctionem; principium autem formale non semper est distinctum ab eo cuius est, ut in angelo; quod exemplum S. Thomas ibi affert: est enim forma subsistens ipse angelus. Ceterum ipsa forma, quatenus est principium rei producendæ, iam indicat distinctionem rei productæ à producete; & ita res producta dicitur produci de forma illa, tãquam de principio formali. Dicam clarius; forma Deitatis potest considerari, ut principium constituens personam nulla ratione habita originis; & hæc ratione persona constituta non est de forma illa constituyente, & personæ diuinæ non sunt de essentia diuina, quemadmodum S. Augustinus docet, quia non distinguuntur ab illa. Potest etiam forma Deitatis considerari ut principium, de quo Filius gignitur, quod est passiva potentia, & principium rei producendæ, cuius actus est res producta; & tunc indicatur distinctio realis personarum producentis, & productæ; & idcirco dicimus Filium genitum de forma Deitatis. Quapropter S. Thom. q. 41. art. 3. ad 2. dixit, ad hoc ut res dicatur esse de aliquo oportere, ut illud de quo esse dicitur, sit principium consubstantiale, scilicet de quo res producit, quod significat originem, & distinctionem. Principium autem formale constitutum personæ non significat distinctionem, & idcirco non indicatur præpositione, de, vel, ex, quæ distinctionem significat. Non sunt igitur contradicentes, & utraque vera est enunciatio, scilicet quod præpositio, de, non recte copulatur cum principio formali; & quod recte copulatur cum principio formali consubstantiali, quod indicat originem.

Quod si adhuc urgeas arguendo; dum dicitur angelus esse de natura intellectuali, non indicari originem. Respondendum est, quod etsi exemplorum veritas non exigitur: est tamen veritas in exemplo; & indicatur ibi origo, qua angelus conseruatur à Deo; neq; enim potest esse de natura sua, nisi quatenus

A natura angelica est reale principium à principio increato dimanans. Præterea etsi hypostasis angeli sit ipsa forma subsistens, ut lib. 4. dicemus; tamen hæc sunt re ipsa distincta: & hæc distinctio indicatur, cum dicitur angelus esse de natura angelica: personæ verò diuinæ, quæ nullo modo distinguuntur a natura diuina, non sunt de natura; sed persona procedens procedit de natura suæ originis, quia iam ibi indicatur realis distinctio.

Ad finem cap. contra infanos hæreticos colligimus, quàm cæcutiant impij Ariani, qui generationem Filij, quasi carnalẽ excogitantes argumentabantur: si Filius de substantia Patris gigneretur, substantiam Patris futuram fuisse diminutam, cuius pars aliqua substantialis transfusa esset per generationem in Filium, sicut semen in nobis transfunditur. Quod argumentum sæpius Patres confutant, respondentes immutabilem esse naturam diuinam, & simplicem; in qua, quia immutabilis est, non est transfusio, neque imminutio; & quia simplex non communicatur particula eius, sed tota natura. S. Cyrill. 1. lib. Thesaur. c. 7. affert exemplum generationis verbi in nobis, in qua intellectus generando non diminuitur: sed generatio ista non est substantialis, ut est generatio Verbi diuini, quæ non habet exemplum, ut diximus lib. 1.

B Sciendum verò est nouatores hæreticos Calvinistas, Brentianos, Zuinglianos, & alios, præpositiones, de, ex, vel, à, euitare in istis enunciatis; & solitos uti præpositione, in, ut refert Gilbertus Genebrard. ad Schegkium fol. 40. & ita genitum in substantia, non de substantia dicunt; eo fortè consilio, & fraude, ut non tres personas subsistentes confiteantur; sed vnum subsistens cum tribus potentijs, ut ipse Schegkius ponit; sicut subsistit vnus animus, in quo sunt tres potentia. Et hoc à Platone se accepisse ipse Schegkius gratulatur, qui in Iouis essentia mentem, & animam ingenitas esse ait. Sed præterquam quod in isto verborum vsu latet hæresis, ut declarauimus; modus ipse loquendi à Philosophia omnino abhorret; neque enim homo generat hominem in sua substantia, sed de sua substantia: solus Pater diuinus generat Filium in sua substantia, hoc est,

3. Respons. Angelus est de natura angelica, ob distinctionem in re ipsa. Personæ diuinæ non sunt de natura, sed persona procedens procedit de natura suæ originis.

Obiectio Ariatorum carnalium.

Respons. Diuina natura est immutabilis, & simplex.

S. Cyrilli exemplum generationis verbi creati.

27. Nouatorum hæreticorum modus dicendi genitum non de ex, vel à substantia, sed in substantia. Eū refert Genebrard.

Impugnatur i. ut insinuans heresim Schegkij de qua lib. 1. c. 20. p. 2. n. 3. & 4. accepta à Platone ut lib. 1. c. 11. n. 1. & 8.

Impugn. 2. ut Philosophia repugnans.